

Alas, secvrim, et Granada R. 2666

CL. S. LLEMASII
DVARVM INSCRIPTIONVM.

V E T T V M

H A D O S AT T I C I R H E T O R I S

A E C O M I C O N I V G I S

C H O N O M I C O N I V G I S

E X

Constanten Soc

Permisione

Expeditorum nar

simus anno D.

IO.

M

ARAS:

ALAS, SECVRIM:

V L A M,

S I M M

Quib

T

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

Obitum d'is de Leonada R. 24.6.67
CL. SALMASI. *stutterij dam
nati*
DVARVM INSCRIPTIONVM,

VETERVM

HERODIS ATTICI RHETORIS

ET REGILAE CONIVGIS

HONORI POSTARVM

EXPLICATIO.

EIVS DEM


AD DOSIADÆ ARAS:

SIMMIAE RHODII OVVM, ALAS, SECVRIM:

THEOCRITI FISTVLAM,

NOTAE.

*Quibus obscura hactenus & depravatissima poemata
illustrantur & emendantur.*





LVTETIAE PARISIORVM.

Apud HIERONYMV DROVART, via

Iacobea, sub scuto Solari

CIO. DC. XIX.

de Anguina de Salzgitter Coronelli





NICOLAO RIGALTIO I.C.

REGIAE BIBLIOTHECAE

CVRATORI

CL. SALMASIVS S. D.

RE MITTO ad te, Vir crudelissime, inscriptionem Regilla, quam non ita pridem abste accepi: pro qua & gratias quanta maxima agi possunt, ago, & maiores etiam, quam quantas agere possum, debere ultro profitor. Nemo voluptatis suæ, cuiuscumque tandem generis illa sit, satis dignam mercedem, aut iustum pretium se persoluere unquam posse putauit. Atquin scito me longe maximam cepisse ex illius inscriptionis lecture. Nā prater ipsius carminis summam elegantiam, & mere Atticum saporem; ac rerum aliquot antiquarum cognitionem,

ā

quam hinc tantum, non aliunde liceat
baurire, non mediocriter etiam illo nomine
mihi placuit, quod meam veterem de He-
rode Attico coniecturam, quam si veri-
similem modo, doctis hominibus adpro-
babsem, pulcrum ac beatum me putarem,
verissimam esse, plane confirmauerit.
Visum igitur mihi est, ut priorem illam
Herodis ante decennium, plus minus,
tertio ab urbe milliari in via Appia
effossem & repartam, notis olim & ver-
sione instructam ad edendum paraue-
ram: sic istam quoque nuper in eodem lo-
co erutam, eodem ornatu quo illam com-
pseram, a me comptam & compositam
in publicum emittere. Sed cum in eo essem,
eodem impetu, ac de eadem opera fideliaque
quasi dealbare libuit obscura illa, &
nebricosa poemata, que Theocriti vul-
garijs editionibus adiunguntur; Ouum
inquam, Alas, Aras, & Securim cum
Fistula; eaque multo situ hactenus, &
caligine infuscata elucidare, & antiquo
nitori restituere. Qua quidem opuscula

ut cum istis Herodis & Regilla inscri-
ptionibus iungerem, eo libentius feci, quod
argumentum minime ab his discrepans
aut alienum continerent. Quippe Aras,
vnam Musis, alteram Mineruæ consecra-
tam spectes: si Securim Epei eidem Miner-
uæ, si Theocriti Fistulam Pani dedica-
tam consideres, non male ad hoc inscri-
ptionum genus referri illa omnia posse ti-
bi videbuntur. Nec prohibet, quod mul-
to antiquiores quam Herodes sit, aucto-
res habent ista, quæ nos in ultimum ta-
men locum reiecimus. Nam & hic or-
do rectus est, ut quemadmodum a nostris
& vicinis, ad longinquas & toto orbe di-
uisas penetramus regiones; sic per ea qua
temporibus nostris propiora sunt, ad illa
qua longius antiquitas submouit, quasi
gradibus ac numeris quibusdam, ascen-
damus. Igitur ex duabus Aris, alteram
penitus collapsam, ac sub ruina sua
iacentem, egestis ruderibus, excitauiimus,
& a solo restituimus: alteram multis
locis labefactatam, nec fronte nec basi

satis integrum, refecimus. Quum vero ipsum totum conquassatum confractumque, collectis accoligatis felici non minus quam facili manu fragminibus, solidauimus, & ex putri cariosoque, quale hactenus a propolis, inter malas vitiisasque merces circumferebatur, haud secus ac si a partu recens esset, sanum & integrum, nitidumque ac politum dedimus. Ecquod aliud porro notabilius nobilisque factum, quam Alas suas Amori reddidisse? quas enim antehac truncas, & laceras & pinnis undique defluentibus dissipatas abiecerat, eas iam meliores factas, ac in priorem faciem atque ordinem restitutas, ut resumeret, & se dignas putaret, curauimus. At Epei Securim, quis negare ausit quin eam partim temporum iniuria, partim hominum inscitorum qui nimis indiligerent illam tractauerant, incuria, utrumque retusam & nullo iam latere scindentem, tamque rubigine obseffam & obiectam, cote plusquam Naxia vel Samia a nobis

tersam & politam, in antiquam acie bonitatem & splendorem reposuerimus? Quid porro de Panis Fistula dicam? nonne eam iam stridulum quid, atque impeditum sonantem, obturatus foraminibus, & canis etiam aliquot contusis atque collisis, vix ipsi auctori agnoscendam, sic ab omni parte sanauimus & sarcuimus, ut nunc & illius nomine qui consecrauit, & eius numine cui consecrata est, apparere digna possit? Verum ne quis decipiatur ignarus, ac tot phaleratis, & magnificis nominibus inductus, nos aliquid magni prestatuisse censem, palam dico, hec mera mayna sunt, quibus veterum poetarum lascivia lusit: Iam & nos quoque ludendo, & aliud agendo, dum nihil habemus maius, aut magis serium, que temporum vetustate, aut hominū inuetustate in his erant corrupta correxiimus, qua implicata explicauimus. Hacten doctissime atq; amicissime Rigaltri, si premenda iudicabis & tenebris damnanda, tuo quoque non inuitus iudicio, sed admodum libens & pronus accedam.

I

*Sin vero promenda ac luce donanda tibi
videbuntur, tum idem etiam mihi videri,
credito. Vale, &*

*Hochabe quidquid est libelli,
Qualecunque, quod ut amicitiae nostrae
testimonium non paruum extaret in opere
non magno, missum ad te volui tibique dedi-
catum. Diuine, ex Museo nostro, X. Kal.
Apriles CIC. IC CXVIII.*



CONSECRATIO TEMPLI IN AGRO HERODIS ATTICI TRIOPIO.



ΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ ΕΠΙΕΙΡΑΝΕ ΤΡΙΤΟΓΕ-
ΝΕΙΑ
ΗΤΕΠΙ ΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΔΑΙΣ ΡΑΜΝΟΥ-
ΣΙΑΣ ΟΥΓΙ

ΤΕΙΤΟΝΕΣ ΑΓΧΙΣΤΥΡΟΙ ΡΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝΤΟΠΥΛΟΙΟ
ΠΕΙΟΝΑ ΔΗ ΚΑΙ ΤΟΝΔΕ ΘΕΑ ΤΕΙΜΗΣΑΤΕΧΩΡΟΝ
ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΟΙΟ ΦΙΛΟΣΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟΠΑΟ
ΤΟΦΡΑ ΚΕ ΚΑΙ ΤΡΙΟΠΕΙΑΙ ΕΝ ΑΘΑΝΑΤΟΙΣ ΑΛΕΓΗΣΘΟ
ΩΣΟΤΕ ΚΑΙ ΡΑΜΝΟΥΝΤΑ ΚΑΙ ΕΥΡΥΧΟΡΟΥΣ ΕΣ ΑΘΗΝΑΣ
ΗΛΘΕΤΕ ΔΩΜΑΤΑ ΠΑΤΡΟΣ ΕΡΙΓΔΟΥΠΟΙΟ ΛΙΠΟΥΣΑΙ
ΩΣ ΤΗΝΔΕ ΡΩΕΣΘΕ ΠΟΛΥΣΤΑΦΙΔΟΝ ΚΑΤΑΛΩΗΝ
ΔΗΙΑΤΕ ΣΤΑΧΥΩΝ ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΥΟΕΝΤΑ
ΛΕΙΜΩΝΩΝ ΤΕ ΚΟΜΑΣ ΑΓΑΛΛΟΤΡΕΦΕΩΝ ΕΦΕΠΟΥΣΑΙ
ΤΥΜΜΙ ΓΑΡ ΗΡΩΔΗΣ ΙΕΡΗΝ ΑΝΑΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ
ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΟΥΓΓΟΝΟΙΣΙΝ ΑΚΙΝΗΤΗΝ ΚΑΙ ΛΣΥΛΟΝ
ΕΜΜΕΝΑΙ ΗΔΕΓΙΟΙ ΕΞ ΑΘΑΝΑΤΟΙΟ ΚΑΡΗΝΟΥ
ΣΜΕΡΔΑΛΕΟΝ ΣΕΙΣΑΣΑ ΔΟΦΟΝ ΚΑΤΕΝΕΥΣΕΝ ΑΘΗΝΗ
ΜΗΤΩΙ ΝΗΓΟΙΝΟΝ ΒΩΛΟΝ ΜΙΑΝ Η ΕΝΑ ΛΑΔΑΝ
ΟΧΑΙΣΣΑΙ ΕΠΕΙ ΟΥ ΜΟΙΡΕΩΝ ΑΤΡΕΙ^ς ΑΝΑΓΚΑΙ
ΟΣΚΕΘΕΩΝ ΕΔΕΕΣΣΙΝ ΑΛΙΤΡΟΣΥΝΗΝ ΑΝΑΘΗΗ
ΚΛΥΤΕ ΓΕΡΙΚΤΙΟΝΕΣ ΚΑΙ ΓΕΙΤΟΝΕΣ ΑΓΡΟΙΩΤΑΙ

ΙΕΡΟΣ ΟΥΤΟΣ Ο ΧΟΡΟΣ ΑΚΙΝΗΤΟΙ ΔΕ ΘΕΑΙΝΑΙ
 ΚΑΙ ΡΟΛΥΤΙΜΗΤΟΙ ΚΑΙ ΤΠΟΣΧΕΙΝ ΟΥΑΣ ΕΤΟΙΜΑΙ
 ΜΗΔΕΤΙΣ ΗΜΕΡΙΔΩΝ ΟΡΧΟΤΣ Η ΕΝΑΛΣΕΑ ΔΕΝΔΡΩΝ
 Η ΓΟΙΗΝ ΧΙΑΩΙ ΕΥΑΛΔΕΙ ΧΛΩΡΑ ΘΕΟΥΣΑΝ
 ΔΜΟΗΝ ΚΥΑΝΕΟΥ ΑΙΔΟΣ ΡΗΞΙΕ ΜΑΚΕΛΛΑΝ
 ΣΗΜΑ ΝΕΩΝ ΤΕΥΧΩΝ ΗΕ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΚΕΡΑΙΕΩΝ
 ΟΥ ΘΕΜΙΣ ΑΜΦΙ ΝΕΚΥΣΣΙ ΒΑΛΕΙΝ ΙΡΟΧΘΟΝΑ ΒΩΛΟΝ
 ΠΛΗΝ ΟΚΕΝ ΑΙΜΑΤΟΣ ΗΙΣΙ ΚΑΙ ΕΓΓΕΝΟΣ ΕΣΣΑΜΕΝΟ
 ΚΕΙΝΟΙΣ ΔΟΥΚ ΑΘΕΜΙΣΤΟΝ ΕΡΕΙ ΤΙΜΑΟΡΟΣ ΕΣΤΩΡ
 ΚΑΙ ΓΑΡ ΑΘΗΝΑΙΗ ΠΕΡΙ^ο ΧΘΟΝΙΟΝ ΒΑΣΙΛΗΑ
 ΝΗΩΙ ΕΓΚΑΤΕΘΗ ΚΕ ΣΥΝΕΣΤΙΟΝ ΕΜΜΕΝΑΙ ΙΡΩΝ
 ΕΙΔΕΤΩΙ ΑΚΑΤΤΑ ΤΑΥΤΑ ΚΑΙ ΟΥΚ ΕΠΙΠΕΙΣΕΤΑΙ ΑΥΤΟΝ
 ΑΛΛΑ ΠΟΤΙΜΗΣΕΙ ΜΗ ΟΙ ΝΗΤΙΑ ΓΕΝΗΤΑΙ
 ΑΛΛΑ ΜΙΝ ΑΠΡΟΦΑΤΟΣ ΝΕΜΕΣΙΣ ΚΑΙ ΡΟΜΒΟΣ ΑΛΑΣΤΩ
 ΤΙΣΟΝΤΑΙ ΣΤΥΓΕΡΗΝ ΔΕ ΚΥΛΙΝΔΗΣΕΙ ΚΑΚΟΤΗΤΑ
 ΟΥΔΕ ΓΑΡ ΙΦΘΙΜΟΝ ΤΡΙΟΡΕΩ ΜΕΝΟΣ ΑΛΙΟΛΙΔΕΩ
 ΩΝΑΘ ΟΤΕ ΝΕΙΟΝ ΔΗΜΗΤΕΡΟΣ ΕΞΑΛΑΓΑΞΕΝ
 ΤΩ ΉΤΟΙ ΠΟΙΗΝ ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΙΗΝ ΛΑΣΑΣΘΑ
 ΧΩΡΟΥ ΜΗΤΟΙ ΕΠΗΤΑΙ ΕΓΙΤΡΟΠΕΙΟΣ ΕΡΙΝΤΣ.



II IDEM VERSVS, VT LEGI DEBENT.

ΟΤΝΙ Αθηνῶν ἔπιείσανε Τετράρχα;
Ητὶς ἔπιείργα βεργὴν καί, Ραμυώνας Ούπι,
 Γείτονες αὐχίζουσι Ρώμην ἐκστονταπύλοιο.
Πείνα δὴ καὶ τούδε θεά πειμήσατε χωρεῖ,
 Δῆμον Δηώοιο φιλόξενον Τελόπαιο.
 Τόφρει κε καὶ Τελόπαια εν αὐτανάποιο λέγησαν.
 Ως ὅτε καὶ Ραμυώνα, καὶ δύρυχόσεις ἐς Αθηνας
 Ηλάγετε, δώματα παῖς εὐειδούποιο λιποθάνα.
 Ως τὴνδε ρώεσθε πολυσάφυλον καὶ μύων,
 Ληία τε σαχύων καὶ δένδρεα βοτρυόεντα,
 Λειμώνων τε κόμας ἀπαλοπερφέων ἐφέπουσα.
 Υμινι γέρανος Ηρώδης ιερὺν αἰδί γαῖαν ἔπικε,
 Τινὸς δακτυν πέι τεῖχος δύπτοζην ἐτεφαρώθη,
 Αιδράσιν υψηλόνοισιν ἀκινήτους καὶ ἄσυλον
 Εμρηματ. οὐδὲν οἵ τις αὐτανάποιο καρπίων
 Σμερδαλέον σισσασ λόφον κατένθυσεν Αθην.,
 Μήτωντόποιον βῶλον μίαν, ή ἔνα λᾶσα
 Οχλίσαται. ἐπεὶ οὐ μοιρέων αὐτῆσις αὐδίκηι,
 Οσκε θεῶν ἐδέεεταιν δῆλοσιν αἰδίστειν.
 Κλῦτε αἴσκηνονες, καὶ γείτονες αὐχειαίται.
 Ιερὸς σῶττος οἱ χωρεῖ. αἰκίνητοί δὲ θέαμναι,
 Καὶ πολυτίμητοι καὶ ταπεχεῖν θάσις ἐτρίμην.
 Μηδὲ τίς ήμερείδων ὄρχοις, ή σύναλσέα δένδρων,
 Η ποίην χιλῷ διαλδεῖ χλωρεῖ θέσθιμ
 Δμωῇ κακές Αἰδος ρήξει μακέλλα,

Σῆμα νέον τεύχων, οὐ πρότερην κερδίζων.
Οὐ τέμις ἀμφὶ νέκυαι βαλέντιον κερδίζων βαλλεν.
Πλὴν ὅκει αἴματος ἥσι καὶ ἔγονος Εἰσαγόριον.
Κείνοις σὸν ἀθέμιτον, ἐπεὶ πικάσεος εἶσαρ.
Καὶ γὰρ Αθηναῖν πολέοις οὐδόνιον βασιλῆα
Νηῶν εἰκαστέηπε στινέστιον ἐμβρύνει ἵψαν.
Εἰ δὲ τοῦ ἀκρυταῖς τεύχα, καὶ σὸν ὄπιποντας αὐτὸν,
Αλλ' ἀπολύμησον, μή οἱ νητίτα τρύπαν.
Αλλά μὲν ἀποσύφατος Νέμεοις καὶ ρόμβος Ἀρεταρ
Τίσσονται, συγχέοντες καλυπτόντας κακότητα.
Οὐδὲ γὰρ ἴφθιμον Τελόπεων μήδος Αιολίδαο
Ωναθ' ὅπε νεύσον Δημήτεος ἀξαλεπίπαξο.
Τῷ δὲ τοι ποινὴν καὶ ἐπωνυμίαν σχέασθαι
Χώρου, μή τοι ἐπιπταῖ ὅπις Τελόπειος Εριννός.



VERSO.

O Bona Athenarum præses, Tritonia virgo,
Quique hominum curæ res sunt, Rhamnusias Vpi.
Vrbis vicinæ, quæ stat centum inclita portis,
Hunc & vos celebrate locum pingue ubere glebae,
Dictum Deoi Triopæ de nomine pagum:
Ut notæ hinc sitis, Triopeia numina, Diuæ.
Ac velut Actæas si quando inuisitiis arces,
Et Rhamnuntem, alto delapsæ vertice cœli;
Sic Diuæ huc properate, hæc consita vitibus arua,
Et lata segetes, & amicta arbusta racemis
Lustrantes, mollique virentia gramine prata.
Uobis Herodes tellurem hanc rite dicauit,

Quanta patet, circum muri vallata corona,
Vsque vel ad seros mansura intacta nepotes.
Sic namque horrificas diuino vertice cristas
Concutiens, visa est nutu assenisse Minerua:
Non glebam hinc ulli, lapidem ve impune mouendum.
Nec Parcae faciles, aut illi parcere promptæ,
Qui diuū sanctas violauerit impius ædes.
Auribus accipite hæc, vicina & rustica pubes,
Hic sacer est locus, & diuæ non sede mouenda,
Vsque coli dignæ, atque aures adhibere parata.
Dispositas ne quis vites, arbustaq. lata,
Et late irrigui viridianem graminis herbam,
Audeat orciuo fodiens exscindere rastro,
Siue nouum statuat, vetus euertatæ sepulcrum.
Luce nefas cassum sacra circumdare terra,
Ni trahat ex illo genus, hanc qui condidit ædem.
Olli quippe licet: Testis vindexque, Minerua
Numine præpositus, nigri regnator Auerni,
Et templo, & pariter sacrorum acceptus honore.
Hæc si audita neget sibi quis, neque scire laboret,
Insuper aut habeat, non impunitus abibit.
Hunc citasæ Nemesis, atque irrequietus Alastor
Tristibus urgebunt tali pro crimine pœnis.
Nec Triopam quondam, cui sanguinis Aeolus auctor,
Iuuit, sacratum Cereri temerasse nouale.
Quisquis eris, pœnamque loci, nomenque memento
Ut fugias, ne te Triopea sequatur Erinnys.



CLAVDII SALMASII

N O T A E.

GR E G I V M ac præclarum vetustatis monumentum, & quo nobilius atque illustrius aliud non habet luculentus ille veterum inscriptionum Thesaurus summo labore, mirabilique industria a Grutero nostro v. CL. collectus. Quis autem fuerit huius egregiæ inscriptionis auctor, quæsiuere viri doctissimi. Atque ipse quidem Herodem se nominat illo versu:

Τημι Ηρώδης ιερέων αὐτοῦ ἔνε.

Sed quis iste Herodes, rex an priuatus, liber an seruus, albus an ater fuerit, tam nesciri scio, quam vix sciri posse arbitror. De priuato regem facere voluere docti homines: quibus testibus aut argumentis, nondum assequi potui. Nihil enim tale ex tota inscriptione, legas ac perlegas licet, elicere possis. Nam quod illum trigesimum inscriptionis versum adducunt, ad regnum regiumque genus isti Herodi afferendum, si sententiam eius versiculis pensiculatius explorassent, aliud eos pronuntiaturos fuisse non dubito. Ut concedam Herodem qui heic nominatur, fuisse illum magnum Iudæorum

regem, (quod minime tamen concedo) illo tamen testimonio quo volunt, regnum eius confirmari stabilirique, nihil inualidius esse, nihil incertius affirmare ausim, immo nihil falsius. Quod ostendam pluribus ad locum ipsum. Nunc illam de Herode rege opinionem paucis confutemus. Aiunt Magnum Herodem, quem Iudæis regem imposuit Augustus, ut versutum ac versatilem in omnibus rebus, sic in religione quoque fuisse, quam sæpe ad arbitrium & suum & aliorum mutabat, temporibus & locis eam accommodans, cum Augusto gratificari studeret, à quo precarium regnum obtinuerat. illum igitur, qui his moribus esset prædictus, & religione non aliter quam quodam ambitionis instrumento vteretur, cæterorum principum ac potentum more, inter Iudæos quidem pro Iudæo se gessisse, inter Græcos, Græcam consuetudinem & ceremoniarum ritum usurpasse. Non iam de Herode, atque eius religione disputo, nec abnuo quin his moribus fuerit; sed an hæc eius inscriptio fuerit: quod vt credamus, non illa sola ratio potest efficere, quæ de Herodis ambitione & cupiditate imperij sui monumenta ad posteros transferendi adfertur. Adeo enim verisimile non est regem heic Herodem designari, vt potius incredibile prorsus mihi videatur ullam eius hac inscriptione fieri mentionem. Nimis multa sunt quæ hanc sententiam refellant. illud omnium maxime: quis enim credat, aut cuinam probabile viderit queat, tantæ celebritatis loco ac tam vrbi propin-

quo, callidum principem & qui gratificari cuperet Augusto, tribus ab urbe milliaribus, in fundo suo posita columna regem appellari se voluisse, nec regem quidem simpliciter, sed generis humani regem? Quis hæc potuisset videre, quis potuisset pati, ut Iudeæ regulus qui principum Romanorum beneficio regnum obtinebat, honorem diuinæ dominus ambiret, & titulum dominorum suorum usurpare? Ambitiosus sane fuerit, non fuisse tam stultum facile persuadeo. Satis enim habuisset Ἰερόνιμος Βασιλῖα inscribere se, non Ιωνίων. Omitto alia longe absurdiora, quæ illam interpretationem sequerentur, & plura suo loco dicemus. Diximus, qua licuit, & ostendimus hunc Herodem, cuius in hac inscriptione nomen positum est, nec fuisse, nec esse posse regem illum Herodem, quem Antonius & Augustus imposuere Iudeis. Alium igitur Herodem queramus. Si post regem notissimus aliquis querendus est, notiorem alium non noui Herode Attico, celeberrimo Rhetore temporibus Hadriani, Antonini Pij & Marci Philosophi imperatorum. Quem auctorem huius antiqui monumenti, non iniuria posset aliquis suspicari, vel hac maxime ratione, quod in alium magis cōuenienter hæc suspicio cadere non possit. Haud valde validum, inquies, argumentum. Nec ego sane pro valido, aut valde firmo vendito. Sed coniecturæ tantum vice illud propono, quam eo nomine mihi blandiri non inficias eo, quod nihil absurdum præferat, ut illa de Herode Tetrarcha, utpote quæ nec

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 9
nec fundum habeat, nec rationem. Spectata præterea consuetudine illius Herodis Attici, quam refert in eius vita Philostratus, magis magisque in eam sententiam accedo. Scribit enim hunc Rhetorem alumnorum suorum statuas solitum consecrare, in agris, in sylvis, ad fontes, & aliis celebrissimis locis, cum imprecationibus eorum qui mouerent illas sede sua, vel detraherent. quod aperte in hac fundi dedicatione factū ab illo videmus. Locus Philostrati est egregius, & huc eximie facit: Εἰκόνας γοῦν μνεῖσθαι σφᾶν θηράτων τε καὶ πεθεράτων, καὶ πεθερῶν. Ταῦτα μὲν οὐδεμιοῖς. Ταῦτα δὲ ἐπ' αὐγοῖς. Ταῦτα δὲ ταῖς πηγαῖς. Ταῦτα δὲ ταῖς σκιᾶς πλατάνων, οἷς αἴφασι, δῶλα ξυλά πρᾶψις τῆς πεπονόφυτος, η κυπρίνους. Quis non agnoscit eundem in hac inscriptione genium, & in illa Farnesianæ columnæ eiusdem & auctoris, & argimenti? Vides enim Herodem statuas deliciis suis ponentem, venantium habitu, & fundum hunc θεοῖς ουμέσθροις dedicantem, οἷς πρᾶψις τῆς μεταχνίσθρος. Nam πρᾶψις nunquam concipiebantur absque aliquius ex Diis inferis compellatione, atque adtestatione, ut in hac inscriptione:

Μήτων μηποιον βαζλειον μίδιν ή ἔνα λαζαρον

Οχλίαστη, ἐπεὶ γε μοιρεων αἵρεσες θνάτησι.
appellant paulo post testem & vindicem Ditem siue Plutonem:

— ἐπεὶ τιμάοες ιταρ.

Καὶ γέρον Αθηναῖν τοῖς οἱ Ζεύσιον βασιλῖα

Νηῶν εἰκαστήγηε. —

Et in illa Farnesiana: γέρον. ζεύσιον μεταχνίσθρος οἷς τῆς

Tειόπτως. Omnes igitur huiuscemodi consecrationes ξιώ δέσμαις sunt conceptæ, & maiorem religionem continent quam quæ sine interpretationibus fiunt. Hoc est quod dixit Philostratus, *οὐν φάρασ,* διλαδέξιος δέσμαις τῆς κυρίστης. Non enim latere aut dissimilari poterant consecrationes & dedications ξιώ δέσμαις factæ. Periculum quippe magnum significabant, & denuntiabant ijs, qui aduersus consecrationis legem fecissent. Nec poterat aliquis ignorantia excusatione defungi. Tenebantur enim omnes inquirere & sciscitari, quænam esset loci religio. Alias contemptui religionis hæc voluntaria ignorantia ascribebatur. quod clare demonstratur in fine huius inscriptionis, his verbis:

Eἰ δὲ τῷ ἀκλύτῳ Ταῦτα, καὶ οὐκ ὑπενθύμηται αὐτῶν,
Αλλ’ ἐποιηθεῖσται, μή οἱ νῦν ταῦτα γνωταί. id est,
Si cui hæc inaudita fuerint, neque sciscitatus fuerit,
Sed insuper habuerit, non impune ferat.

Dedications aliter conceptæ φάρασ erant, ut parvæ auctoritatis & nullius pene religionis viam enim religionis intendunt imprecatio[n]es adiectæ. Nulla autem consecratio paulo majoris momenti fiebat, absque δέσμῳ adiectione. De qua nos alibi pluribus in nostris ad Historiam Augustam animaduerstionibus. Hinc in ista inscriptione, μοίραι, πλούτων, νέμεσις, δημόσιος, εὐεργετός. Et in Farnesiana: δεῖματα σφοδρία, κόρη, θεόντοις θεοῖς. Hi enim omnes θεόντοις θεοῖς sunt, & horum appellatione diræ & imprecatio[n]es in consecrationibus concipiebantur. Sed hæc hactenus. Quæstionis autem posset esse, vnde Athen-

theniensis ille Rhetor vel Sophista, loco tam propinquo vrbis Romæ ædificare, & dedicare *Τειόπτων* instituerit, & an fundum eo loci ita appellatum habuerit? Sed quare dubitemus, cum hæc inscriptio dubitationem omnem tollat? Herodes nomen Romanum non est. Græculum igitur oportet esse, cuius hoc *Τειόπτων* fuit, tribus milliaribus ab urbe distans. Quæcumque igitur dubitandi causa in huius Herodis Attici persona potest interuenire, & in aliud quemvis Herodem cadet. De hoc autem Herode Atheniensi propterea minus dubitamus, quod sciam eum multa opera & ædificia publica, multis locis in Italia & Græcia & instaurasse, & de nouo fecisse, statuas, templa, balnea, aquarum ductus. simulacra multa posuisse: ditissimus enim fuit, & magnificentissimus: de quibus vide Philostratum in eius vita. Is refert Canusium eum in Italia mœnibus instaurasse, inducta aqua, cuius maxime illud oppidum indigebat. οὐκοτε δέ, inquit, καὶ οὐ Ιταλίᾳ Κανύστον ἡμερώσας ὑδαῖς μάλιστά τούτῳ δεσμένου. Quominus mirum sit *Τειόπτων* fundum sic appellatum, in via Appia dedicasse. Nam & Consul fuit hic Herodes & Marci præceptor, & vxorem Regillam duxerat, sororem Braduæ nobilissimi viri & consularis, cuius nomen corruptum est apud Philostratum: οὐτὶ τούτοις ως θυγάτεροι ζεύφεται αὐτὸν φόνον Βεργεδίας ο τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς Βέρδου οὐφετός οὐτε Σπάθης. Scribendum, Βεργεδίας ο τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς. Duos Braduas consules in Fastis reperio, unum M. Atiliū Braduam, qui consul fuit cum

Annio Trebonio Gallo sub Traiano: alterum Appium Annium Braduam, qui cum T. Vibio Varo consulatum gessit sub Antonino Pio imperatore. utrius horum soror fuerit Regilla, vxor Herodis, alio loco disquiram. Mihi tamen propemodum constat M. Atilij Braduæ sororem fuisse. rationes alibi reddam. Hæc de auctore huius monumenti dixisse sufficiat. Sit sane quilibet, dum ne sit Iudæus ille. De Attico valde mihi placeret, quod dubitanter a me dictum velim. quis etiam affirmare ausit? Dicam tamen, non alium mihi notum Herodem, cui magis adscribi conueniat hanc veterem θηγαφιν.

ΠΟΤΝΙΑΘΗΝΑΩΝ] Mineruam & Nemesis *συλχότεις* in eodem loco colendas instituisse Herodem ad hunc locum scripsit vir eruditissimus. *συλχότεις θεοί* adhuc non legi. Σωκράτης sanè & σύμβολοι dicebantur qui in eodem templo eademque atra positi simul colebantur. Hos *συλχότεις* qui vocet, poëtam aut oratorem aliquem nondum vidi. Omnes Di *σωκράτεις*, non erant utique & σύμβολοι. at qui σύμβολοι, eosdem omnino & σωκράτεις fuisse necesse est, ut hoc loco Minerua & Nemesis sunt σύμβολοι. Pluton autem σωκράτης tantum, non etiam σύμβολos. ex hoc versu appetat:

Καὶ γέροντος Αθηναῖον οἱ γένοντος βασιλῆα
Νηῶν ἐμετέφηκε σωκρέτον ἔμμημα τραῦ.

Pluton igitur σωκράτης, non etiam σύμβολos Adrasteæ & Mineruæ. ipsæ vero σύμβολοi. quas & simul nominat Catullus de Nuptiis Pelei & Thetidis:

*Aut rapidi Tritonis hera, aut Rhamnusia virgo
Præsens victrices sæpe est hortata cateruas.*

DI SYNNAVI vocantur in veteri quadam inscriptione. In epigrammate Leonidæ Mercurius & Hercules σύμβολοi ponuntur; in alio item epigrammate Bacchus & Minerua. Minus mirum in hac inscriptione Mineruam & Adrasteam σύμβολοis collocari: at in epigrammate queritur Minerua, ut virgo & sobria, ebrioso deo Bromio σύμβολοv se datam. Bacchus etiam in alio palam profitetur sibi non bene conuenire cum Hercule ἀδηφάγῳ quem σύμβολοv habebat, cum ille quod utrique in commune esset appositum, solus comederet, & leonina societate secum ageret. Epigramma longe venustum & elegans, quod adscribere non pigebit, ut aliquot mendis eluam quibus laborat. imperfectum vulgo suspicati sunt doctissimi viri, & ad sententiam aliquid desiderari: itaque duobus versibus auxerunt; sed non erat necesse. Dorice autem scriptum est, & sic è vetustissimo Codice Palatino restituendum:

Ω τῷδε τείχοτες ἀπερπίτον, αἵτε ποτ' ἀγροῖς
Δαμέθεν, αἵτ' ἀπ' ἀγρῶν ηὔθε ποτ' ἀκρόπολιν.
Αμφες ὄρη φύλακες διασοὶ θεοί, ὃν οἱ μὲν Ερναῖ
Οἰον ὄρη μέ, οἵτινες δέ τερος Ηεραλέους.

Αμφω μὲν θαλάτης θύάκοι, διὰτὰ ποθ' αὐτοὺς
Αἴτι' αὐτοὺς κατέδηντος ἀγραδᾶς, ἐκένεφεν.

Ναι μαὶ ωσσετας τὰς βότενας, αἵτε πελευτας
Σειμοι, αἵτε χύδην ὄμφακες, βύτεπικοι.

Μισέω τῷδε μετροῦ, οὐδὲν ηδοματο. Δλ' οἱ φέρων τη
B iii

Αμφω, μὴ κοινῷ τοῖς δυοῖς πρόσθιτω.

Καὶ λεγότω, τῇ τρῇ Ηρεύληες· ἀλλὸ τε τρῶ

Ερμᾶ. καὶ λύοι τὰ ἔστιν αὐτοτέρων.

in vulgatis Anthologiæ codicibus legitur:

Δύλα ποθὲ αὐτοῖς

Αὐταὶ μὲν τῷδε τοῖς ἀχείδας ἐκέκεφεν.

quæ corruptissima sunt, & nullum sensum efficiunt. In optimo libro Palatinæ Bibliothecæ scriptum erat, αἵτ' αμφι, ex quo nos fecimus, αἵτ' αμφις τῷδε τοῖς. siue, inquit, crudas piros apponas, siue maturas, tantumdem est, omnia vorat: sic & de vuis, & coctas & acerbas appositas solet deuorare. Nihil igitur deest, vt suspicabatur vir eruditissimus, quem fecellit hæc locutio, ποθὲ αὐτοῖς. Græci enim ἐαυτὸν pro ἐμαυτὸν, & ἐαυτοὺς pro ἐμαῦς ponunt; nec poëtae tantum, sed etiam oratores: quod passim obuium est illorum scripta peruolutantibus, idque etiam in recentiorum scriptis occurrit. Palladius in Lausaico de Philoromo: *ἰδίοις ἀπελθὼν ποὺν καὶ διάλλωμασιν ἐαυτὸν ἐπῆρκεσας*. pro ἐμαυτὸν. & perperam corrigunt. Idem alibi: *ἐαὶ γὰρ τοτὸ μὴ φύνται, οὐδὲ γένη ἐχεὶς γενέσθαι, οὐ ἐαυτὸν διοκεσθαι*. ἐαυτὸν pro ἐμαυτὸν. nihil enim mutandum est. Σωέρκιοι etiam dicebantur qui in eodem templo colebantur Dij. Hercius Iuppiter notus, & Hercij lares. Hinc σωέρκιοι, qui sub eodem tecto culti. Tertullianus aduersus Valentianos: *Interim in tricenario fœcunditas tota deficit. castrata est vis, et potestas, ac libido genitalis θεον, quasi non et numerorum tanta adhuc coagula superessent et nulla alia de pædagogio nomina.*

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 15
 quare enim non et synerceiae et syntrophæ nominantur? hoc est σωέρκειοι καὶ σωέρκοι. Hodie legitur apud Tertullianum *sterciae*, corruptissime. σωέρκιοι vel σωέρκειοι sunt quos dixi: Sophocles, — ἐρχίς τέγμα. At vir doctissimus nescio quas ibi *stercias* somniant, quas ὄρμαζοις interpretatur, inductus vitiosa scriptura, quæ in glossis habetur: *Steria*, ὄρμαζος. quod cum reperisset, *stercia* statim legendum pronunciavit: & bene sic sibi processisse διηρμα putauit: quo quid ineptius fingi potest? nemo non videt in illo glossarij loco scribendum: *Seria*, ὄρμαζος. *Seria* pro *series*, vt *planitia* pro *planities*, & similia sexcenta. in ijsdem glossis, *Series* ὄρμαζος exponitur. Colligunt autem docti viri aliquos etiam Deos præter Adrasteam & Mineruam in eo templo fuisse dedicatos: Nam in Farnesiana columna mentio fit Cereris, Proserpinæ & Hecates. Sed sciendum est diuersam esse Deorum illorum causam: citantur enim ibi, & adducuntur tanquam testes & vindiccs in eos futuri qui contra legem consecrationis fecerint. *Tειώτον*, vt dixi, & totum illud territorium Nemesi & Mineruæ dedicatur. Dij autem inferi, vt Pluto, Ceres, Proserpina, Hecate, aduersus violatores inuocantur: nunquam enim Δρόμη concipiebantur absque inuocatione inferorum deorum: in hac igitur inscriptione Dis pater testis inuocatur; in illa vero Farnesiana, Ceres, Proserpina, & Hecate. Et hæ diuæ inter Δρόμους, & inferos deos. μῆτρας δαιμονας η καρδία. καὶ οἱ κιονες Δημητρὶς καὶ κόρης αἰσθητα καὶ Διονίσος θεοί. Δημητρὶς & κόρην inter Δρόμους

Artemidorus: Σύνοι δὲ Γλαύτων καὶ Περσοφόνη, καὶ Δημήτηρ, καὶ Κόρη, καὶ Ιανοῦς καὶ Σάραπης καὶ Ιοτοῦς καὶ Ανουβίσ, καὶ Αρποχράτης καὶ Εκάτη Σύνια καὶ Εεινύνες. Hæc omnia secus accipiebant viri docti.

ΕΠΙΕΙΠΑΝΕ] pro ἐπιέπεντε. Et pro ν. sic in veteribus inscriptionibus: Ασκλαφωδῆς, & σώτειρ. Nam in Farnesiana columna, ΤΕΙ ΑΓΡΙΑΙ, aliud est. TEI ibi scriptum est pro THI. E nempe pro H, vt in eadem ΜΕΤΑΚΙΝΕΣΑΙ pro ΜΕΤΑΚΙΝΗΣΑΙ. & DEMETROS pro Δημητρι. KINESANTI pro Κινησθρι. At heic ει pro ν positum est. Sic in alia veteri inscriptione, ΔΕΙΝΑΠΙΑ pro ΔΗΝΑΠΙΑ scriptum legi. quæ scribendi consuetudo satis fidem facit veteres ν & ει diphthongum, vt iωται pronuntiasse, contra ac opinantur hodie quidam semidocti. Sic ει pro ν in multis vocibus ijdem veteres scribebant: μείγεν pro μάγεν, dicentes, & μελῶντα pro μάλων. & χείμεια pro χάμεια, & alia eiusmodi infinita, de quibus nos alibi.

ΗΤΕΓΙΕΡΓΑ ΒΡΟΤΩΝ :: ΛΑΙΣ] legebat vir doctissimus Casaubonus: ὁράτιον ἐπιέργα βροτῶν ὁράτιον. quod & ipsum mihi placeret, nam id sequuti sumus in versione, nisi longius paulo descendere videretur à veteri scripturae vestigiis, quæ præfert λατεῖς cum vnius litteræ defectu. Fuit cum putarem litteram non deesse & esse integrum, λατεῖς, quæ vox idem significat, quoā ὁράτιον. hinc Grammatici λεόντα dictum putant τὸν λατεῖν, quod animal sit ὁζυδερχέσατο. Hesychius: λατεῖτε, βλεπετε, σκοτεῖτε.

AD CONSECR. TEMP. IN A.G. HER. 17
πτῆτε. legitur hodie apud Hesychium, Λάτεται. sed contumax syllaba repugnat: correpta enim prima est in λατεῖν, quæ sic esset producenda. Homerus: Ασπάζεσθαι λατεῖν. cum igitur vna littera videatur in saxe derasa esse, suspicor legendum: Η δ' ἐπιέργα βροτῶν ὁράτιον. quæ opera hominum exagitas, & insequeris: mala scilicet & improba facinora. Pharnuthus de Nemesi: τὸν τὴν λατεῖνην ὀπιθεν, καὶ τοῦτο πρᾶξι τὰ πρατήρια ὅφ' οὐδὲν, καὶ κολαζῖν τὰ καλάτων ἀξία. Id autem ἐπελασθὲν significat. Non potui proprius effingere veterem scripturam. posset & videri Ἀεolicè scriptum ὁράτιον, vt βοᾶτος. quod Ἀeolum proprium est.

ΡΑΜΝΟΥΣΙΑΣ ΟΥΠΙ] Οὔπις vel Ωπις Diana est à cuiusdam Nymphæ nomine, Dianæ sodalium vna: vel potius Nymphæ illius nomen Dianæ sociæ finxit summus poëta de Dianæ ipsius nomine, quæ Οὔπις vel Ωπις dicebatur à quadam puella quæ ex Hyperboreis usque, sacra mergitum fascibus occultata in insulam Delum detulerat, vt notauit Seruius. Vetus Callimachi scholia festes ad illud: Οὔπιαντος διάπις οὐπις ἐπιέργειν Αρτέμιδος, ή τοῦτο δ' οπίζεις τὰς πικένους, ή τοῦτο τὸ θρέψαριν αὐτην Οὔπιν. ή διάπις Υψηλούρειος κάρας, Οὔπιν, Εγκέργης, Λοξώ, άς έλιμπον Απόλλων καὶ Αρτέμις. καὶ τὸ μιας μὲν Οὔπις. ή Αρτέμις. Λοξίας δὲ καὶ Εγκέργης σὺν τῷ λοιπῷ οἱ Απόλλων. Paria refert Seruius x. i. Aeneid. Sed eius verba corruptissima vulgo circumferuntur. Sic igitur doctissimi Grammatici locū legimus. *Quidam dicunt Opim, & Hecaergon primos ex Hyperboreis sacra in insulam Delon occultata*

m fascibus mergitum pertulisse. Alij putant Opim & Hecaergon nutritores Apollinis & Dianaë fuisse. Hinc itaque Opim Dianam ipsam cognominatam, Apollinem vero Hecaergon. sequitur apud eundem vitiosissime: *vel quod proxima luna quæ Dianaë terris facile conspiciat * quoniam nita i vocali eca ergas ola τὸ τὰ οὐεντούλιμεχρόδη· quæ sunt inquinatissima.* Sensus Seruij hic est, Opim Dianam dictam quod luna quæ & Diana, proxima sit terris, & de proximo omnia conspiciat, $\Delta\pi\tau\tau\omega\pi\theta\alpha\delta\eta\gamma$. Hecaergos autem Sol qui & Apollo, $\Delta\pi\tau\tau\epsilon\chi\gamma\zeta\epsilon\pi\gamma\eta\pi$, hoc est de longinquo. Atque hinc restituenda verba Grammatici. Notandum in illis Seruij *Opim & Hecaergon* Hyperboreos sacra in Delum insulam pertulisse occultata fascibus mergitum: nam & hoc ipsum tradit Callimachus Hymno in Delum his verbis:

χὴ δὲ καθίστητε βορεῖς
Οἰκεῖα θνῶς ἔχοντο, πολυχρονίωταιν αἴματα.
Οἱ μὲν τοι καλάμιλα τε χὴ ιερῷ δράγματα πεφτοῦ
Αἰσαχίων φορέσσον —

paulo post eos nominat qui sacra illa primi detulerunt, vel primitias:

Πρατάπι τοι Τάρη' ἔνεικδην $\Delta\pi\tau\tau\epsilon\pi\theta\alpha\delta\eta\gamma$ Αἰεματῶν
Οὐπὶς τε Λοξώ τε χὴ δύμαν Εὐκλέργη.

Atque inde ψλοφόροι dicti. Insignis eiusdem Seruij locus, sed insigniter depravatus in xii. Aeneid. ad illum versum,

*Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra. vbi Threissam Opim appellat poëta: cuius rei rationem sic reddit Seruius:*

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 19
propter Amazonas: & hanc Virgilius non ita finxit, vt Tarpeiam & ceteras, sed proprio nomine videtur induisse. Græci enim tradunt ouloforos ex Hyperboreis, qui & ipsi sunt Treci, in insulam Delon venisse, hanc & Hecaergon, Apollinem & Dianam educasse, ut etiam ex cognominibus Deorum, cum illa Opis, & hic Hecaergos appellatur, agnoscitur. Quod supra plenius dictum est. Confer Seruij verba, vt edita sunt, cum his quæ heic adduximus, & quid præstiterint, cognosces: ψλοφόροις vocat qui sacra illa in mergitum fascibus primi detulerunt. Hesychius, οὐλοι, δράγματα. Advertendum etiam quæ Callimachus iερῷ δράγματα vocavit, Seruum appellare *sacra in fascibus mergitum occultata*. immo *sacros mergites* videtur potius vertere debuisse. Opis igitur vulgo Diana. Nam Οπις, Οὐπὶς & Ωπὶς idem. Οπις commune est, Οὐπὶς Ionicum, ex quo Doricum factum est Ωπὶς, οὐρη & κώρη idem. Alexander Ætolus:

Τυμῆσα ταχέων Ωπιν βλήπειεν οἶτῶν.

Callimachus, Οὐπὶς δύαστ' δέσποι. illo tamen loco apud Callimachum Hesychius legisse videtur: Ωπὶ δύαστ' δέσποι. Sed idem alibi Οὐπὶς appellat: —

Aύταὶ δ' Οὐπὶ δύασα τελε πούλιν ωρχίστησθε. Non possum satis mirari virum doctissimum notationibus suis in Festū, Seruij obijcientem memoriae peccatum, quasi dicat hic Grammaticus ex Alexandro Ætolo Camillam Dianaë nomen fuisse. Aperte enim Seruius Opim ibi Dianaë vocataim scribit ab Alexander, non Camillam: *Opim quando dicimus, Nympham significamus: si autem dicamus opem, auxilium intelligi-*

mus. Opes vero numero plurali census accipimus: nam Ops terra est, uxor Saturni, quam Graci Rheam vocant. Sane hoc nomen ipsius Diana fuisse ab Ephesiis dedicato templo ei impositum Alexander Ætolus poëta in libro qui inscribitur Musæ refert. Satisne clare Dianam Opim dictam Alexandro adnotauit? non potuit clarius. Heic vero Oūpis vel Omis est Nemesis, sic appellata ἀπὸ τῆς ὄπιος. ut enim Nēmeois ἀπὸ τῆς νεμέσεως vel νεμεσίτης, sic Omis ἀπὸ τῆς ὄπιος. quod curam scilicet, hoc est ὄπιον agat rerum humanarum. τῷδε δὲ ὅπιζεσθαι πάτερα μηδένα ὑπὲρ αὐτοῦ πεποντος. quemadmodum Oūpis Lucinam dictam volunt Grammatici, ἀπὸ τῆς ὅπιζεσθαι τὰς τικτύσας. ὅπιζεσθαι enim est θητεροφῶν ἔχειν, & curam agere: unde apud Poëtas: — θεᾶς ὄπιον οὐκ μέγαν. Hesychius: ὄπιος, θητεροφή. perperam legitur, θητεροφή. At Pharnuthus malit Opim dictam, ἀπὸ τῆς λαυδίαν ὄπιον καὶ αὐτοῦ τῆς Σερφεία. Hinc Poëtis ὄπιον οὐκ μηδένα appellatur. Seneca:

Ultor nocentes sequitur à tergo Deus. Tibullus:

Nescius ultorem post caput effe Deum.

Sed nostro originatio verior: cum enim idem scripserit, Nēmeois ἀπὸ τῆς νεμέσεως nuncupatam, cur non & ὄπιον ἀπὸ τῆς ὄπιος, Omis igitur & Oūpis est Nemesis, vt νόος, νῆσος, κόρη, κυρη, & similia. Non mirum autem Nemesisin Oūpis dictam, cum sic Diana diceretur. Nam Diana & Nemesis eandem esse veteres adnotarunt. vide Harpocrationem.

PΩΜΗΣ ΕΚΑΤΟΝΤΟΙΓΥΛΟΙΟ] Aſſentior Casaubono ſcribenti: ἐκατοντάριον ἐκα-

Τεμφυλλον enim, & ἐκατοντάριον dicebant: ἐκατοντάριον & ἐκατοντάριον. ἐκατοντάριον, & ἐκατοντάριον apud Poëtas. Sic ἔξποιος, & ἔξδποιος. ἔξκλινος & ἔξδκλινος. ἔξπιχος & ἔξδπιχος. Sed & in aliis numeris hoc obſeruabant: ὄκταποιος enim libētius dicebāt, quam ὄκταποιος, & ὄκτακοντος, ὄκταγελος, & similia, vt πεντάριον, πεντάκλινος, & alia infinita.

I^E I O N A ΔH] ΠΕΙΟΝΑ pro πιονα. ſic τειμάτε in eodem versu pro τιμάτε ſic Εἰχώ in veteribus glossis pro ἵχω. Εἰρήνη pro ιρύω. Εἰλας pro ιλις. Εἰλη pro ιλη. Εἰμας pro ιμας de loro. Εἰμείσμενη pro ιμείσμενη. & apud Hesychium: Εἰμείρεται, θητεροφή. Eīeis pro ιεις. ſic Εῖπος pro ιπος, & Εἰπωτήειον pro ιπωτήειον. Glossæ: prælum, Εἰπωτήειον λινό. vulgo habetur in veteri Glossario: prænum, Εἰπωτήειον λινό. Εἰπωτήειον dixit pro ιπωτήειον, pressorium, ſcilicet. nam ιποιος est premere.

— ιπούμηος Τεῦς συμφρενίς, Aristophani & Aſſchylo. At vir doctus in illo Glossarum loco prænum, pro instrumento neſcio quo accepit dentibus aculeato, quo linum peſtitur. Et ſic apud Tertullianum quoque legendum eſſe docuit: tentauerat et Domitianus prænum Neronis de crudelitate. cum optimi libri ibi habeant: Domitianus prænomine Neronis de crudelitate. quæ lectio vera eſt. luuenalis:

— et caluo ſeruiret Roma Neroni.

Idem Tertullianus in libro de Pallio ſubneronem eum eleganter appellat, vt ibi pluribus diximus. εἰπωτήειον igitur eſſe prælum vel pressorium. Hinc Εῖπος pro ιπος eſſt mustricula in illo versu Calli-

machi apud Pollucem lib. 10. cap. 34.

Eἰπον τὸν διδίκτην τε μάλιστα μεγάρον δέσθαι.
ēπος enim & διδίκτης genera muscipularum. corruptissime vulgo versus ille legitur in editionibus Pollucis. Hesychius : *Εἰπος, παντὶς χαὶ πᾶν βάρες.* Glossæ veteres, *Εἰπωσις ἡ σφίγξις, pressura, pro ἐπωσις.*

ΔΗΜΟΝ ΔΗΩΙΟ Φ. ΤΡΙΟΠΑΟ] *De-*
moe, inquit Festus, *apud Atticos sunt, ut apud nos pa-*
gi. Totum illud territorium, siue fundum, & quic-
quid muro incluserat, & Dijs consecrauerat Her-
odes, Triopium vocabatur, vt certo scimus ex Far-
nesiana columna: *Οὐδὲν θεμιτὸν μεταχειρῶσαν σὺν Τειόπιον, οὐδὲν δὲ τῷ τείπου, σὺν τῇ οὐδῷ τῇ Απωλᾳ σὺν τῷ Ηρώδου ἀγρῷ.* Non igitur totus ager ille Herodis
quem secundum viam Appiam possidebat, Triopium dicebatur : sed certa tantum eius portio,
quem muro sepserat, Adrastæ & Mineruæ con-
secrarat, & monumentum sibi suisque ædificaue-
rat. Hanc agri sui partem, in qua monumentum
& τέμπλος, quare Triopium indigetarit Herodes,
eius est tantum, qui diuinandi facultate pollet, di-
cere. A Triopa quidem Triopium denominatum
ostendit: an quia Triopæ ibi ædes dicata fuerit, vt
velle videtur doctissimus Casaubonus? Nugæ. non
enim hoc dicit auctor: immo planè contrarium
licet colligere ex hac inscriptione, in qua mentio-
nem facit Τειόπεις ἔρευνος, & Triopam numen Ce-
reris læsisse tradit, & eius noualem excidisse & de-
uastasse. Præterea Triopam Heroëm cultum fuisse
Græcis, nec ex poëtis nec ex historicis competitum

habemus, præfertim cum de quo Triopa heic in-
telligendum sit, nobis probe constet. Is enim Triopas accipi debet, qui pater Erisichtonis fuit, vt in-
ferius ostendemus. Vnde vero cultus Triopæ in Ita-
lia? Nam ibi fere tantum colebantur Heroes vbi
erant eorum sepultra & ῥπα. Fallitur etiam vir
eruditus, qui totum illud territorium, secundum
viam Appiam, in quo situs erat Herodis fundus,
Τειόπιον dictum esse vult. Longè aliud suadet in-
scriptio Farnesiana, ex qua planè colligas, Τειόπιον
in Herodis agro fuisse tantum appellatum illud τέ-
μπλος & Σπότμημα fundi in quo sibi monumen-
tum & suis heredibus struxerat Herodes. Cum enim
sic habeat inscriptio: *Οὐδὲν θεμιτὸν μεταχειρῶσαν σὺν Τειόπιον.* inde sequeretur necessario, totum illum
tractum Dijs fuisse sacrum, ex quo nihil tangi mo-
uerique fas esset. Atqui nec totum agrum suum ab
Herode dedicatum eadem inscriptio satis euidenter
demonstrat, dum illud Τειόπιον in agro Herodis
esse positum declarat. *οὐδὲν δὲ τῷ τείπου, σὺν τῇ οὐδῷ τῇ Απωλᾳ, σὺν τῷ Ηρώδου ἀγρῷ.* Solum igitur
Τειόπιον erat dijs sacram, reliquus autem Herodis
ager minime sacer. Ab illo Triopio, totum pagum
δῆμον Τειόπαο heic vocat. Sed quare a Triopa, aut
cur Triopium hoc Herodis monumentum? an
quod a Triopa ultimam generis originem repe-
ret? De nobilitate Herodis hæc Philostratus: *οὐ-φίστης Ηρώδης ἐτέλειος μὲν σὺν πατέρων Εἰς τοὺς διονυσίους,*
*αὐτοφερεῖ δὲ Εἰς τὰ τὸν Αιακοῦν, οἷς ξυμφεύγει ποτὲ λι-*Ελλας δῆτε τὸν Πέρσην ἐποίησε.* ἀπηξεν δὲ οὐδὲ τὸν Μιλ-*

καὶ δέλιος, τὸν Κίμωνα, ὃς διῆρε δρόγαν καὶ πολλάς ἀξίας
Αἰθωνος τε καὶ τῆς ἄλλοις Ελληνος ποτὲ τὰ Μηδικά. Sed
hæc nihil ad Triopam vel Triopium: cuius deno-
minationis rationem nescire me ingenue fateor,
nec omnia fas est scire. Triopium locus Cnidi ab
hoc Triopa cognominatum. Hic enim Triopas
Canaces & Neptuni filius fuit, atque inde Æolides
dictus πατρωνυμικῶς. Nam Canace Æoli filia, vt post-
ea dicetur.

ΔΗΩΟΙΟ] Cereris filium *Triopam* vertit heic
Casaubonus: quasi Δηϊός hoc loco πατρωνυμικὸς esset:
in quo falsus est. Δηϊός enim heic Τριόπεικας, non
πατρωνυμικῶς dictum est, nec habet formam Patro-
nymicorum. Δηϊός quippe diceretur. Sic *Deoida diuam* Proserpinam Cereris filiam vocavit Ouidius:

— *raptam Deoida diuam.*

Præterea quis Triopam Cereris filium dixit? is
enim de quo heic intelligitur, Canaces filius fuit, vt
infra dicemus. Alius Triopas inter reges Argiu-
rum septimo loco ponitur a veteribus, Phorbantis
filius. sed nec hic Cereris filius fuisse memoratur.
Alius item Triopas Abantis filius veteri Theocriti
Scholiaſtæ ex Iasone rerum Cnidiarum scriptore
celebratur. Meminit & Eustathius cuiusdam *Triopæ*
Perrhæborum regis, quem filius Carnabas vio-
lenter in imperio se gerentem occidit, & præmia
tyrannidis proposita meruit. Triopas vero de quo
heic sermo est, & quem *Deoum* vocat Herodes, is
est quem Iphimediæ parrem nominat *Apollodoro-*
rus in

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 25
rus in primo Bibliothecæ. Sed quare Δηϊός ille
nuncupatur? An quia Cereris cultui in primis de-
ditus fuit? Triopium enim ab illo nomen accepit
in insula Cnido, in quo Ceres eximiè colebatur.
Callimachus Hymno in Cererem:

— θεὰ μέτεμψήσεο χώρα,
Οαστὴ Ελαύσην, Τειόπειρας ὅσσαν, ὄνκος την Εύρα.

Sed & Dotio vrbe Theſſalia, in qua regnabat Triopas, & lucum & templum Ceres habebat, & præ-
cipuo cultu ibi venerabatur. Atque hinc fortas-
ſean Δηϊόν Τειόπειρας vocarit auctōr huius carminis.
Sed quia in hoc eodem carmine dicitur Triopas
Cereris numen læſiſſe, & eius lucum excidisse, at-
que inde Τειόπειρος Εεινὼς in fine carminis appellatur,
propterea Δηϊόν Τειόπειρας appellauit, quasi cer-
ritum καὶ θορχέλων. Nam fame ab Cerere immissa
ita vchementer laborauit, aut nulla re posset fatia-
ri. Sic Δημητειανοὶ Græci vocant, quos ira Cere-
ris in furorem, vt aliud πάθος θεῖα dedit. De
filio tamen Triopæ Eryſichthone, non de Triopas
ipſo hoc narratur à veteribus. Fuerit igitur μημο-
νικὸς αὐτοῦ τυμα auctōris, vel Τειόπειρας δύνη τῇ Τειόπει-
ρᾳ usurparit more poëtis vſitato, qui Oedipodus vo-
care consuerunt Oedipodis filios Polynicem &
Eteoclem. In hoc autem Triopio Κλοες Δημητεῖς
καὶ Κόρης statuuntur ab eius loci dedicatore. Sic igitur
nobis placet Δηϊόν hoc loco accipi. Nam Cere-
ris filium interpretari nullomodo possumus.

ΦΙΛΟΞΕΙΝΟΝ ΤΡΙΟΠΑΟ] De *Triopio*
ac *Triopa* multa iam diximus: restant tamen

adhuc non pauca, nec protrita dicenda. Stephano ἐθνικογέραφῳ, Τρίπτιον πόλις Καρίας ἀπὸ Τρίόπου τῷ πατέρᾳ Ερυσίκθονος· λέγεται καὶ Τριόπια. Ελλήνικος καὶ Τειόπα φοῖον αὐτὸν ἀπὸ τῆς Τρίοψ. Θέρικὸν Τειόπτιον καὶ Τειόπιτης· καὶ Τειόπιτης θύλακον· καὶ Τριόπην ὡς ἀπὸ τῆς Τριόπειας· καὶ θυτηλικὸν Τειόπτικός· Τριόπικὸν ἴερον, Ηράδος θρέπη.

Ita enim apud Stephanum legendum est, ut posuimus: ex quibus discas Triopam patrem Erysichthonis, à quo Triopium vrbs Cariæ, Triopem etiam fuisse appellatum ab Hellanico. & sanè Τειόπτιον ἀπὸ τῆς Τειόπας, non ἀπὸ τῆς Τειόπτια dictum, ut & reliqua ἐθνικὰ seu τοπικὰ, Τειόπιος, Τειόπιτης, &c. Τειόπτιος autem a Triopa: vt heic Τειόπεια θεα, Τειόπτιος εὔνυς. vnde Ouidio Triopeius Erysichthon dicitur:

*Nec tamen idcirco ferrum Triopeius illa
Abstinuit.*

perperam hodie legitur *Dryopeius*. sic & *Triopeida* filiam Erysichthonis, neptem Triopæ idem dixit:

Sæpe pater dominis Triopeida tradit. —

Apollodorus autem primo Bibliothecæ Τειόπα hunc nominat, sicut & Hellanicus, non Τειόπτιος: Καράκη δὲ ἐποίουν σὺν Ποσείδῶνος Οπλέα καὶ Νηρέα καὶ Επωπέα καὶ Αλωέα καὶ Τειόπα. Callimachus in Hymno Cereris semper Τειόπτιο.

Θήκατε βύπτεινα Τειόπεια χόνον οἰκεῖν ιδεοθαυ.

&, *Αμφόπειρον, Τειόπτιον τε καὶ μέα* — paulo post:
Νέται τοι Τειόπας. *idem:*

Μεστρ' ὅτε τοι Τρίόπαο δόμοις σὺν χερύματα κεῖτο.

Atque ita etiam auctor huius inscriptionis. sed

AD CONSECR. TEMP. IN A.G. HER. 27

hæc leuia fortasse & minuta, nimisque adeo grammaticalia. Τειόπτιον igitur vrbs Cariæ a Triopa vel Triope Erysichthonis patre: qua vrbe mirificè delectatam esse Cererem scribit Callimachus eodem Hymno Cereris:

— θεὰ δὲ ἐπεμούνετο χώρα

Οασον Ελβοῦνι, Τρίόπων δὲ οὖσα, ὄχικοσον Εννα.

Τειόπτιον, Cnidi promontorium ab hoc Triopa. sed non astipulantur Theocriti veteres glossæ Idyll. xvii.

Εν δὲ μᾶζῃ τιμῇ Τειόπας κατατεῖο Κολώνιον.

Τρίόπου, inquit, ἀκρωτήριον τῆς Κνίδου ἀπὸ Τρίόπου τῷ Αἰακτῷ, ὡς εἰς τοῦ Κνίδου Ιάσων Φοῖον. Idem paulo supra: Τειόψ Βασιλεὺς τῆς Καλὸς ἀφ' ἣν θάλασσαν τῆς Αἰακτοῦ. atque is videtur esse Triops, quem Meropis patrem facit Stephanus ἐθνικογέραφος his verbis: Μέρεψ Τρίόπα πάντας ἀφ' οὗ Μέρεψτες οἱ Καλοὶ καὶ θάλασσα Μέρεψτις. alibi tamen eum Μέρεψτα γηγενὴν fuisse vult. Iam hæc diuidia est inter auctores. Pausanias enim narrat Cnidon insulam οἰκισθῆναι τοῦ Τρίόπα. Si Callimacho fides, fuerit ille quem diximus Erysichthonis pater, Canaces vero & Neptuni filius. Eius hæc sunt verba:

Θήκατε βύπτεινα Τρίόπεια χόνον οἰκεῖν ιδεοθαυ.

Οὐπτα τοι Κνίδιαν, ἔτι Δάστιον ιερὸν ἐναρού.

Τίν οὐλᾶ καλὸν δῆσος ἐποίησθε Περιθοσγεῖ

Δένδρεσσιν ἀμφιφλαφέσ. — Narrat ibi quomodo Erysichthon Triopæ filius nemus Cereri sacratum vastarit, & quo genere pœna sit ab eadem dea affectus: idque accidisse refert priusquam Triopas

in insulam Cnidon Pelasgos deduxisset. Hoc si verum est, nondum erat Triopium vrbs Cariæ vel Cnidi. idem tamen tribus infra versiculis meminit Triopij tanquam iam existentis:

Οαρον Ελθοῦν, Τριόπωθ' ὅσσν, ὄκκοσσν Εννα.

Sed poëticus hic est *περιχοισμός*. nam ibidem aperte indicat, tunc cum Erysichthon fame ab Cerere immissa laborauit, nondum Thessalorum coloniam in Cariam fuisse deductam. Sed post illam βάλιμον nati sui Triopam in Cariam commigrasse, & Triopum vrbem ibi condidisse, & de suo nomine appellasse, a quo & promontorium ipsum *Τριόπιον*, quod *Τείοντος* Callimachus appellat, vt & Scholiastes Theocriti loco iam citato. Sed quid scholiis illis faciemus quæ in Callimachum leguntur? sic enim auctor eorum scribit, *τῷ Κνίδῳ εστε Θεατής χώραν*. Idem plane videtur dicere Stephanus *τῇ έθνει*, ne putemus illū Græculum id somniaſſe. *Δώλιον πόλις Θεατής δόμου μετάκησθε οἱ Κνίδοι* ὡ̄ *τῇ χώρᾳ Κνίδᾳ, οὐ πάλι. Δώλιας τῆς Ελάτης καρυτίῃ, οὐ πάλι Δώλῳ.* Tantum enim abest vt Cnidij in Thessalam commigrarint, aut vlla Thessaliæ regio Cnidia dicta sit, vt contra constet Thessalos duce Triopa, relicta Dotio Thessaliæ vrbe in insulam Cnidon profectos esse, vbi Triopian considerunt, de regis sui nomine Triopæ appellatū. Quid igitur sibi voluerunt illi Grammatici? nimirum decepti sunt verbis Callimachi, quæ tamen aliter capi non posſunt, quam quomodo diximus. *τῷ Κνίδῳ* autem idem poëta dixit pro *τῷ Κνίδῳ*: sic Ptolemaeus *τῷ*

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 25

Kōas pro Co insula. Sic *Melia insula* Varroni pro *Melos*. Sed hæc pluribus ad Stephanum ipsum. in illo autem Triopio conuentus Doriensium populorum celebrabatur, & certamina in honorem Neptuni & Nympharum. Corrigēdus obiter Scholiastes Theocriti Eidyll. xvi. *λι γέ Βερεύην, γεγάτηρ Αιγαῖον τῆς Καστροφρου Φ Αιγαῖον αδελφος ἐσπουδακότος τὸν σὲ τῷ περιπάτῳ τῷ Δωριέων σπώδον, καὶ τὴν αὐτὴν θραύστην προκήγυριν, καὶ τὸν αγῶνα τὸν αἰγαῖον Γρούσθων καὶ Νύμφαις. scribe: τὴν σὲ τῷ Τευτίῳ τῷ Δωριέων σπώδον.* Agonem illum non in honorem Neptuni institutum, sed Apollinis, tradit Herodotus in prima musa: *σὲ γέρο τῷ αγῶνι Φ Απόλλωνος Τριοπίου ἐπίθεσθαι ποπλάς τείποδας γαλακέοις φίς νικᾶσσον.* Verisimile est & Cererem in illa vrbe in primis cultam fuisse. Nam & id scribit Callimachus, & Pelasgi qui illam vrbem condiderunt, in patria sua eam diuam præcipue colebant. Idem Callimachus:

Τὸν δ' αὐτὰν καλεῖν δῆσσος ἐποίησθαι Πελαστοῖ.

Et probabile est pœna Erysichthonis monitos impensis eius Deæ numen obseruasse ac coluisse. Sed hæc hactenus.

ΤΡΙΟΠΑΟ] Farnesianæ Columnæ inscriptio, cuius multis locis memini, & ex qua dividimus *ἔρχος* istud ab Herode consecratum *Τριόπιον* fuisse dictum, quæque magnam isti poëmati facem adluxit, nobis heic paucis illustranda est. Fecit hoc ante vir illustris Iosephus Scaliger suis in Eusebium animaduersib[us]. Sed quo argumen-
to Ionicis litteris vetus illud monumentum exara-

tum esse dixerit, ignoro. Nam eam inscriptionem nobis, tanquam Ionicarum litterarum exemplum ibi proposuit: quod ego fateor me satis admirari non posse. Primum errat in eo quod putat aliam formam Ionicarum litterarum fuisse atque earum quibus Græcia tota vſa est post repertos viginti quatuor elementorum characteres: immo vt clarius exponam quod volo, Alphabetum viginti quatuor elementis constans, quo hodieque Græcia vtitur, Ionicum est inuentum. Prius enim sexdecim tantum litteras in Alphabeto suo numerabant Græci. Isque vetustissimus in Græcia litterarum numerus fuit, a Cadmo ex Phœnicia allatus. Addidere postea Palamedes & Simonides reliquas octo: qui has addidisse quidem dicuntur, non tamen priorum formam mutauisse. Nouum igitur & Ionicum inuentum, Grammatica viginti quatuor litterarum. Forma autem ipsa litterarum semper eadem fuit in veteri & recenti Alphabeto: nisi quod addititiæ illæ litteræ, non ad Phœniciarū formam & exemplar institutæ fuere, vt priores sexdecim quas ex Phœnicia in Græciam intulit Cadmus. Scribendi tamen ratio diuersa fuit apud Græcos, cum illis tantum sexdecim litteris vtebantur à Cadmo inuentis, & postquam integro viginti quatuor litterarum Alphabeto sunt vſi: Exempli gratia si vocem Θεος priscis litteris exarare velis, non Θεος, sed Τηεος scribendum fuerit: si X P O N O S, K H P O N O S: & pro Ῥ Y X H, ΓΣΟΙΚΗ· pro Ζ H P O N, K Σ E P O N · pro Φ H M I,

Γ H E M I. atque hic priscus scribendi modus fuit ante Ionicum Alphabetum quo deinceps omnis Græcia vti cæpit. Plinius lib. 7. cap. 57. *Gentium tacitus consensus primus omnium conspirauit ut Ionum litteris vterentur.* quid apertius? nonne manifesto hæc verba indicant litteras quas hodie Græci habent in vſu, Ionicas esse? quas Æoles, Dores, Attici, & reliqui omnes Græci usurparunt. Grammaticam aliam apud Græcos, præter hanc Ionicam frustra requiras, quæ & recentissimi inuenti fuit. Insigniter bene ad hanc rem facit Harpocratianis locus: Απίκοις γράμμασι Δημοσθένης καὶ Νεαρχες, δοῦλοι τῶν παλαιοῖς· τὸν γέραρδόν οὐκοπτεαράρων σοιχείων γραμμάτικων οὐδὲ ποτὲ ανδρὶ τοῖς Ιωνιν δύρεθιναι. Θεόπορπος δὲ εἰς τὴν Εἰκουστήν πέμπην τὸν φιλιππαῖον ἐσκυνθρῶθεν λέγει τὰς τοὺς βαρβαρον σιενήκες, αἵ τοντοι Απίκοις γράμμασιν ἐγκλιτελέσθεναι, διλλά τοῖς τῷ Ιωνιν. vides τὴν τὴν εἴκουσι σοιχείων γράμματικων apud Iones inuentam esse. vetustior igitur illa γράμματικην quæ sexdecim tantum litteras habebat, quas Atticas & vetustas vocabant, non quod forma differrent ab Ionicis, sed numero: nam qui veterem illam Grammaticam interpolarunt, non formam characterum mutauerunt, sed numerum ampliauerunt, & pro sexdecim, quatuor & viginti fecerunt. quæ res non parum scribendi rationem immutauit, vt superius ostendimus. Priscis enim litteris ATHENAIION scriberes: at secundum Ionicam Grammaticam in promptu est scribere, A Θ H N A I O N. Hinc est quod scribit Plinius Græcas veteres litteras *fuisse*

easdem pæne cum Latinis. Scribēdo enim ATHENIION prisco more, propius accedis ad Latinum scribendi morem, quam si scribas AΘHENIION. Nam nèque Θῆται, necque Ηῆται litteras Latini agnoscunt. At vir doctissimus veteres Atticorum, Ionum, & Latinorum litteras easdem fuisse vult, nec Harpocratiōni credit. Cui minime assentior. Hesychius: Αἴτιοι γέρμανοι θρησκεῖα, ὥπιχερία. Quod autē Harpocratiōn scribit viginti quattuor litterarum Grammaticam ab Ionibus inuentam esse, propter Simonidem id dictum arbitror, qui Cous fuit, & quattuor litteras reperiisse fertur, Z. H. T. Ω. quibus compleuit numerum Alphabeti. nam iam quattuor numero adiccerat Palamedes, ad illas sedecim priores. Sic γέρμανοι τῷ Εἰνοῖς πεντάρων συγχέον Ionicum est inuentum, & recens a Simonide Coo vel Ceo. Herodotus vero refert Phœnices qui cum Cadmo in Græciam venere, litteras quoque eo intulisse, easque lapsu temporis aliquantum immutatas a priore & genitiua figura Ionibus vicinis tradidisse, qui & illarum figuram paulum inflexerunt. A quibus postea ceteri Græci acceperē, carumque formam nihil immutatam ab Iōnico charactere retinuerunt. atque hæ sunt, quibus omnes Græciæ gentes tacito consensu cōspirationeque vti instituerūt, quibusque hodierni Græci vtuntur. Iōnicæ igitur litteræ sunt communes istæ & vulgares, quas hodie habemus, cum Græce legimus, aut scribimus, easque parum a Phœnicij̄s situ & figura distare tradit Herodotus, qui testatur se vi-

se vidisse. Non semel tamen mutatam fuisse formam litterarum Phœniciarum idem refert. nam Phœnices, qui cum Cadmo litteras in Græciam inuexere, non diu illas seruauere integras, vt ex patria attulerant, sed & dialectum & litterarum characteres labente tempore penitus immutarunt. Iones etiam qui ab illis acceperunt, earum formam leuiter mutarunt. nec postea mutatus est litterarum modulus, sed ita reliquis Græcis, & in ea facie, quam Iones introduxerunt, receptus est. Scendum præterea Kaduria illa γέρμανοι quæ narrat Herodotus se vidisse insculpta Thebis in tripodibus Apollini Ismenio dicatis, & sibi visa esse non admodum dissimilia Iōnicis, non ex eo fuisse genere characterum, quos primi Phœnices, qui cum Cadmo venerant, puros putos ex Phœnicio attulere, sed ad eam formam, qua postea interpolati ab ijsdem fuere, cum & dialectum ipsam natuam & mere Phœnissam labente tempore, postquam diu in Græcia morati essent, mutauerunt. Vicini vero tunc temporis Iones, cum ab illis litteras mutuati essent, sane recentiorem formam imitati sunt, quam & ipsam ὀλίγα μετέρρυθμισθ, vt scribit Herodotus. Ergo non mirum si Phœnicias litteras Iōnicis similes sibi visas sc̄ripsit Herodotus. non enim de ijs Phœnicijs intelligendum quibus in patria sua Phœnices vtebantur, sed de illis, quas sibi fabricarunt, post longam temporis moram in Græcia factam, vbi & dialectum, vt diximus, & litterarum modulum immutarunt. Herodotus de illis

Phœnicibus, qui duce Cadmo in Bœotiam migravere: οὐδὲ τὸ γένος τελεῖον, ἀλλα τὴν φωνὴν μεταβολὴν τὴν δύναμιν τῶν γραμμάτων. atque eo genere litterarum scripta fuere illa Epigrammata quæ ibi refert Herodotus. quæ si velis litteris Ionicis exarare, non alijs erit vtendum, quam quibus hodie vtimur. Cuius rei magnum argumentum est, quod longo post Cadmi aduentum tempore inscriptiones illæ factæ sunt, cum iam scilicet lingua Phœnicum degenerasset, & litteræ ipsorum à primigenia figura desciuissent. Græce enim scripta fuere illa epigrammata, non Phœnicum idiomate, & illis characteribus expressa, quos progressu temporis in Græcia sibi formauerant, non quos primum ex Phœnico attulerant, quique vñitati Phœnicibus erant. Hoc fefellit doctissimum virum, qui putauit Ionicas litteras Phœnicijs similes esse, & Phœniciarum nobis exemplum producit ex Samaritano Alphabeto, & abutitur Herodoti testimonio. Verum enim est Ionicas litteras easdem pñne cum Cadmeis fuisse, sed eis Cadmeis quæ tempore Amphitryonis, & Labdacidarum a Thebanis usurpabantur: multum dissimiles priscis illis & nativis Phœnicijs, quas Cadmus in Bœotiam importauerat. A quibus Iones cum sumerent litterarum formas, non eas veteres & primigenias, sed has recentiores, & corruptas imitatione expresserunt. Hinc Herodotus similes Ionicas Phœnicijs sibi vñtas tradidit, in illis vetustis epigraphis ab Amphitryone, Leodamante & Scæo positis. Præterea nihil magis

refellat Scaligerum, quam αὐτοῖς ipsa Phœniciarum, & Ionicarum notarum ex aduerso positarum & comparatarum. Quid enim tam dissimile ac diversum? Atqui scripsit Herodotus, τὰ πόλλα διφερεῖσαν τὰ Καδμία γράμματα τοῖς Ιωνιοῖς. Duplex igitur eiusdem incomparabilis viri peccatum. primum, quod litteras Ionicas priscis Phœnicijs similes esse existimauit. Qui enim similes possint esse, cum Cadmeæ recentiores, ex quibus profectæ sunt Ionicæ, & ipsæ aliquantum immutatae, adeo different, ac dispariles essent illis priscis Cadmeis quas de patria sua Phœnico attulerat Cadmus? Secundus error, quod Ionicas litteras alias putauit esse a Græcis vulgaribus. Nam cum Ιωνικὰ γράμματα nominauit Herodotus, ea vtique intellexit, quibus ipse & reliqui tum temporis Græci vtebantur, & postea semper vñi sunt, postquam Alphabetum Græcum viginti quattuor clementa habere cœpit. totidem autem iam elementis constabat Herodoti tempore. quas igitur alias litteras potuit nominare Herodotus, cum docere vellet ac probare, Græcas litteras Cadmeis, ex quibus sumptæ essent, similes sibi repertas in aliquot veteribus monumentis? Sane non Doricas, non Æolicas, sed Ionicas nominauit, quia primi Iones ex Phœnicibus eas acceperant, & in reliquas Græciae gentes propagabant: quæ tacito consensu litterarum Ionicarum formam & vñsum recepere. Nam ante Cadmum nullæ in Græcia litteræ, post Cadmi aduentum secundum tantum in vñsu, mox Iones viginti quattuor

numerum impleuerunt. Attici tamen veteres diu retinuerunt eum sedecim litterarum numerum. Hinc Atticæ γεράματα δινον την παλαιὰν veteribus, non quod figura different, sed quod scribendi modum longe alium efficent. Exempli gratia, E, veteribus Atticis idem & eiusdem formæ quod apud Iones: sed nondum in ordinem litterarum recepto H Ionico, cogebatur Atticus scribere T E I pro T H I: & ξεσθ̄ pro ξησθ̄. Plato: οὐ γέρθη ἔχωθ̄α, Δλλά εἰ πατεῖον. Sic nondum recepto ω, scribebant τω̄ pro τω̄. & ita de ceteris. Sed & o litteram pro syllaba ου ponebant. & hunc scribendi morem retinuerunt Attici. Hinc Διονύσου pro Διονύσῳ in Achæi tragici Omphale apud Athenæum. At nunquam id admisisset Ionicus, vt o pro ου scriberet. Immo contra moris habent ου ponere diphthongum, vbi o tantum breue à reliquis ponitur. Sic νόσσον pro νόσσον scribere amant: οὐεγρ̄ pro ο'εγρ̄. οὐρεα pro ορεα. adeo ambitiose affectarunt litterarum ab se inuentarum usurpationem, eas omnibus locis inculcando, singulisque vocibus inferiendo, ita vt legitimas & priscas sede sua deturbarent, & has recentiores in locum earum reponerent. Sic αἰδηνίων pro αἰδεῖας scribebant, βασιλίων pro βασιλείας. ισοεῑων pro ισοεῑας. sic θεύκων pro θεύκηα, ηεύκων pro ηεύκηα, & similia sexcenta. sic Αξεῑ & τεῑξα pro Αιασα & τεῑξα. nam ξ nouitia littera & Ionici inuenti. sic τ in θ mutant, & κ in χ. quæ omnes litteræ adiectæ fuere ad compleendum numerum viginti quattuor litterarum: quod

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 3:
complemetum uno ore omnes Ionibus attribuunt. Harpocratior: την γέρθη την Εἰκοσι πεντάπων σοιχεῖων τῶν της Ιωνικῆς λέξεως. Ultima igitur hæc & recentissima litterarū dispositio & formatio, quam Iones introduxerunt. Scriptura vero, qua illius Farnesiæ columnæ monumentum exaratum legitur, non Ionica est, sed ab Ionica longe distat. nunquam enim Ionicus οὐεῑ pro οὐεῑ scriberet: nec Ηεράδη pro Ηράδου: nec T E I pro την. nec την pro τω̄. quod in hac inscriptione passim occurrit. Veterum igitur Græcorum hæc scribendi consuetudo, ante repertas ab Ionibus viginti quattuor litteras. de qua scribendi consuetudine, præter ea quæ in superioribus adduximus, libet etiam adferre insignem locū Marij Victorini de Arte Gramm. lib. i. simul, vt eum graui mendo liberemus: ita igitur apud eum scribendum: *Et significaueram prius quam Græcis inter vocales repertæ essent η & ω, vicem earum tam apud illos, quam apud nos explesse, ε & ο: ο etiam scribi solitam pro syllaba ου.* E autem pro ε & ητα. Easdemque η & ε quoties accepissent in finem ιστα, datiuum casum apud utrosque significare, ε & ο barum scriptiorum exempla non solum ex libris veteribus, sed etiam ex peritorum quorundam scriptioribus, vt καμελοι, κατεσι. Hanc eandem plane scripturam licet in isto lapide obseruare, nimirū o pro ου & adiuncto ιστα in finem datiuum casum significare, vt ε την pro ο τη̄. item o adiuncto ιστα tertium etiam casum notare, vt οδοῑ pro οδω̄: αχεῑ pro αχεω̄: οῑ τω̄ pro οῑ τω̄. Sic plane apud Victorinum, καμελοι pro κα-

μῆλο; & καὶ περὶ pro καταρφ. Non poteramus locum illustriorem adducere, ad scripturam illius columnæ exponendam. quod autem ait Victorinus ea scriptione vños esse Græcos ante repertas vocales η & ω, ego & post repertas easdem diu in vñs mansisse apud Græcos scio: atque in veteribus præcipue monumentis inscribendis, aut scribendis fœderibus locum habuisse. Sed & eiusdem scripturæ exempla extitisse in veteribus libris suo tempore non obscure innuit idem Victorinus. Et nos supra notabamus ex Achæi Omphale, Διονύσῳ pro Διονύσῳ nec dubium tamen est iam tum illius Tragici temporibus, repertas fuisse vocales η & ω & υ. Hæc etiam inscriptione Farnesiana eodem plane modo scripta est, temporibus, quod mireris, Antoninorum Marci & Pij: nam sub illis vixit Herodes Atticus. Sed quod longe maiore admiratione dignum est, testor eamdem me scriptionem reperiisse in vetustissimo Glossarum manuscripto codice ex Bibliotheca Puteanorum fratrum. Eæ sunt glossæ, quarum editionem curauit H. Stephanus. In eo igitur libro tot locis ea mihi scriptura reperta est, vt non fortuito ita scriptum suspicari licet, aut negligentis librarij incuria, sed certa scribendi consuetudine. pauca de multis exempla proferam. Hoc enim frequentissimum extat in illo Glossario. μέλη τὸν pro μέλη τούτου. σαθυροὺς pro σαθυρόχος. κεσμόσιν pro κεσμόδιν. Sic αποδάχος pro αποδάχος. δήποτρυνοί. Εἶδος ὄρνεο. πορθό pro πορθόν. λθίσται id, pro id. κορητες pro κούρητες. Iactant,

φίππον, ἀκούλιζον. Insuasum, Εἶδος δοκεῖο καππιούενο, pro δοκεῖος καππιούεν. Στὸν γόνος pro Στὸν γόνες. ὀχι μέρες, pro ὀχι μέρεις. μεθύσκει pro μεθύσκει, & infinita talia, quæ piget ascribere. vix enim numero comprehendendi possunt. sic etiam ει pro η in illo Glossario multis locis positum repperi. vt πεποίησις pro πεποίησις & μάθεις pro μάθησις. κίνεις pro κίνησις. Illud igitur ο σοιχεῖον pro syllaba & positum, non tantum ante repertas viginti quattuor ab Ionibus litteras, sed etiam post, liquido possumus affirmare. Philoxenus enim qui Socratis tempore vixit, cum Dionysio rescriberet, & inuitanti se negare velle, non aliud in membrana pinxit, quam varias ο litteræ formas, paruas, magnas, & medias. Vaticana appendix prouerbiorum à Schotto edita: μεταπεμπούμενός δὲ Διονυσίου αὐτὸν γεγένηται μὲν οὐκ ἔγνω· λαβὼν δὲ βιβλίον Θ σοιχεῖον ο πολλάκις εἰ αὐτῷ πεινεσθήσθαι μόνον, Εἰς μικρὰ καὶ μέγαρα τὸν τοῦ γεράμιματος χθρακτῆρα τυπώσας, καὶ ὅπι τὸν αὐτόν τοιούτον διαθεῖται οὐκ τοῦ δηλώσας. apud Suidam scribitur: Θ α σοιχεῖον ἔχει μένον· perperam, etsi defendat vir doctus, qui notat α litteram negandi vim apud Græcos habuisse. Sed fallitur vir optimus: α enim apud Græcos per se posita non negat, sed in compositione priuatuum vim habet. reponendum igitur in Suida: Θ ο σοιχεῖον. quod iam vidit præstabilissimus Scaliger. O igitur idem valet quod ου, & est abnutium. Sic Beeoti, ο πίπομεν dicebant pro ου πειθομεν. Hesychius, ο πιπόμεν. ου πειθομεν, Βοιωτοῖς ita enim legendum apud Hesychium. At contra

ꝝ diphthongum pro o littera scribebant. quod non est veterum Atticorum, vt perperam sentiunt doctissimi viri, sed Ionom. Cum enim Attici veteres sedecim tantum numero litteras haberent, ijsque solis totam scribendi rationem constituerent, tantum abest, vt o litteram per o exprimerent, vt contra illa littera sola vterentur, & vicem o diphthongi, & loco Ω. nondum scilicet repertis vocalibus ō & ū. Ionici igitur Alphabeti est o pro o. veteris autem Atticismi scriptura o pro ū. Nam Iones post constitutas viginti quatuor litteras o litteram per o scribebant. Rationem addunt veteres Grammatici, ἵνα σοιχεῖος αὐτὸν περισσῶτες ὡς μακρὸν. Βραχὺ γάρ ὅν τοις Εἰχει πεισθεῖται. Sic etiam E per Ē scribebant ab eadem ratione. Sed & hoc moris Ionici o breue in ū mutare in singulis fere vocibus. vetus autem Grāmatica quæ u non habebat, non poterat ū pro o scribere. Recens itaque est non vetus hæc scriptio. Apud Ausonium in Epigrammate:

— ū tibi sit, obſcēne. ū non est diphthongus sed littera. vt enim Ē pro simplici E : sic ū pro simplici O. optat igitur illi obſcēno figuram litteræ O, quæ figura designat aut laqueum quo gula stringitur, aut boiam, aut certe annulum quo pedes vinciuntur, aut aliquod tale instrumentum quo pedes aut collum immittuntur. illum locum non recte interpretantur doctissimi viri. sic autem debet, vt nos diximus, exponi. Operæ pretium est etiam discutere locum ex Athenæi excerptis, nondum

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 41
dum satis exæte animaduersum. In eclogis igitur Athenæi, vt nos docuit præstantissimus Casaubonus, ita scriptum est: ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι πᾶν οὐ δύνανται τὴν ὁ σοιχεῖον περιγράψειν. Vir magnus suis in Eusebium animaduersionibus hunc locum citans notat ὁ μικρὸν, vt vocatur hodie, veteribus inauditum fuisse, & verba Athenæi, quæ citat ille excerptorum auctor, esse ex eo loco vbi in poculo erat inscriptum Διονύσος, pro Διονύσῳ. ēν ποτίσι, inquit Athenæus, λείπει δὲ οὐ σοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ ἀρχαῖοι διὰ τὴν περιγράψειν οὐ μάντινον ἐφένται ταῦτα εἰδεῖν μεντεως, διλαχθεῖσαι τὸ πλώδιον παραμένει 24οι τὴν οὐ μάντινον γεράφοι. Videamusan Athenæo conueniat, cum eius breuiatore. Eclogarius dicit veteres omnes πᾶν οὐ δύνανται τὴν σοιχεῖον abusos esse. Contra vero Athenæus aperte docet veteres δὲ non solum pro littera o usurpare, sed etiam pro diphthongo ū. manifesta hæc dissensio est, quam miror non animaduersam viris doctissimis. Aut igitur hallucinatus est illarum ἐκλογῶν auctor, & male Athenæi verba accepit, aut sane librarius errauit, cum scribendum fuerit, ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι πᾶν οὐ σοιχεῖον δύνανται τὴν περιγράψειν. idque conuenit & Athenæo, & exemplo ab eodem producto, vbi Διονύσος pro Διονύσῳ. οὐ nimirum pro ū. Marius Victorinus de orthographia lib. 1. εἶ καὶ similiter quoque cum esset unum breue, εἶ idem faceret longam syllabam, præterea exprimeret vocem quæ apud eos per ο εἶ u scribitur, ū. Ergo antiquorum fuit Græcorum hæc scriptura o pro ū, quam videmus expressam in hac columnæ Farnesianæ inscriptio-

ne. Recentiorum autem, hoc est Ionum, ut diphthongum scriberent pro littera ο, ob eas rationes, quas superius adduxi. Priscianus lib. i. pro quoque ου solent frequenter ponere Græci, οὐεσ, οὐησ, pro οεσ, οησ, ροσ pro ρωσ dicentes: quod nos frequenter habemus in finalibus maxime syllabis, ut *Priamus*, *Pylus*, *Pelium*, u tamen corripientes. Restat ut & illam scriptionem, quæ in eadem Farnesiana columna visitur, exponamus, & eius rationem explicemus. Sic enim in ea scriptum est: H O pro ο. H E P O Δ O pro ιπωθυ. H O Δ O I pro οδω. ENHOΔIA pro ενοδια. Sciendum est aspirationis notam H, quæ ut plurimum Latinis vocibus præponi solet, eandem etiam vim ac figuram apud veteres Græcos obtinuisse, nec superscribi tantum initio vocum ab vocalibus incipientium solitam, ut hodie consuevit, sed etiam ascribi: ut HEKATON, quod hodie nobis est εξατον. Ideoque veteres cum centenarium numerum notare vellér, H tantum scribebat, quæ prima littera est vocis HEKATON. Sic quoties vnum notabant, i litteram ponebat, quæ prima est vocis ια, qua vnum significatur. Sic Δ, designabat duo: sic T, tria: & similia. Scaurus: *Quibus primum illud respondemus, H & esse litteram & apud Græcos quoque fuisse, quod significant Attici, qui principes litteras vocum, à quibus earum nomina incipiunt, numeris notantes, hac quoque in eadem significacione utantur. Nam quoties vnum notant, i litteram ponunt, quoniam apud illos μία ια dicitur: δυο, δι: τεια, τι: sic & εξατον, id est centum H littera notant.*

sic enim legendus doctissimi Grammatici locus qui vulgo depravatissimus circumfertur. Priscianus idem obseruat: *vetusissimi enim, inquit, quique Græci pro aspiratione H scribebant: quam habet at HEKATON in principio.* Vetusissimi autem illi Græci quos intellexit Priscianus, sunt Attici, ut habetur apud Scaurum; nec omisit id monere Priscianus his verbis: *Una per i scribitur antiquo more Atticorum qui solebant principalem nominis numeri litteram ponere & significare numerum.* quod idcirco nobis notandum est, quia docemus paulo post non Ionicam esse, sed Atticam huius veteris monumenti Farnesiani scripturam. Præterea reliqui Græci alias notas aspirationis habebant, ut mox dicturi sumus. *vetusissimorum igitur Atticorum fuit hæc aspirationis nota, H, quam vocum initio ad latus adponere consuerant, non ut nunc solemus, superponere.* cuius rei nobis exemplum suppeditat non semel hæc Farnesianorum hortoru columnæ. Ideoque litteram eam esse vult Scaurus, & sic veteribus Atticis habitam ostendit. Siue littera, siue nota est, sciendum est, esse conflatam ex dasca & psile. Dasean ita pingunt veteres, q. psilen autem sic, E. quas duas notas si iungas in vnam, habebis plane nostram, & veterum Atticorum, H. Isidorus: *quorum duorum accentuum figuram Latini ex ipsa aspirationis nota ficerunt. unde si iungas has, fecisti eamdem aspirationis notam H. rursus si medium eius apicem scindis, δασια & ψιλω facis quod verissimum est.* Illud etiam valde notatum dignum, in plerisque

veteribus codicibus Latinè scriptis, Latinis vocibus anteponi F, more Græcorum: vt Homo, Fumus, & similibus. quod nos vidimus in antiquissimo Glosfarum codice, qui seruatur in Bibliotheca Palatina, & in Isidoro manu exarato eiusdem Bibliothecæ, & alijs non paucis. Apud Æoles autem vice aspirationis fungebatur digamma, quæ figura non multum distabat a dæsea ceterorum Græcorum: vna quippe tantum κεργία in planum collocata differebat. duas enim lineas iacentes habuit digamma, dæsea vnam, sic enim pingebatur, F. atque ideo digamma vocabatur quod duplē gammam referret. Scribebatur & sic, ȝ. plane vt psile ȝ. nisi quod vna linea porrecta amplius habet. Atque hoc digamma præfigebatur omnibus verbis à vocali incipientibus, siue ea lenem spiritum exigerent, siue asperum: vt Φοῖος, Φελενη, Φοίκη. & quemadmodum HEKATON Attici scribebant, sic Æoles FEKATON pro eodem. Et quod in hac nostra inscriptione exaratum est, ει Ηο̄ ȝ̄: Æolico more idem qui vellet exararet, Fō ȝ̄ poneret: & pro HEPΩΔΟΥ, F E P O Δ O U. Et in illo versu Æolici Poëta, Νέσορε δὲ Φοῦ παῖδες, Atticus posuisset, Νέσορε δὲ Ηοῦ παῖδες, hodie vero est, Νέσορε δὲ οὐ παῖδες. Nec initio tantum vocum eam notam adponebant, sed etiam in medio, vt ΔημοφοΦων, ΛαΦοκαΦων. hoc est Δημοφονων, & Λαυοκανων. pro Δημοφων & Λαυκων. vt πῦρ δαΦιον apud Alcmanem, pro πῦρ δανιον. perperam autem ΔημοφαΦων apud Priscianum scribitur, qui ipse met vidisse te-

statur illa Epigrammata in vetustissimo triponde Apollinis, qui stat in Xerolopso Byzantij. Græci etiam veteres interponebant aspirationem medijs vocibus, vt in hac ipsa inscriptione videmus, ENHΩΔΙΑ. sic δαΦιον, αΦων, ωΦων. Attici veteres eodem plane modo scribebant, ΤΑΗΩΣ, ΛΕΗΩΣ, ΓΡΑΗΩΣ, ΥΙΗΩΣ, ΛΑΗΩΣ. hoc est, vt hodie scribebamus, ταῶς, λεῶς, ρεχός, ψῶς, λεός. in quibus omnibus vocibus scribebent Æoles, ταΦων, ρεχαΦων, ψαΦων, ΛαΦων, vt λεΦοκόων supra legimus apud Priscianum pro λεοκόων. Videntus Athenæus, & post illum Euostathius in Homerum: ex his constat idem prorsus officium fuisse τὴ Αἰολικὸν F & Αἴολικὸν H. & ad eumdem vsum omnino adhiberi vtrumque solitum. nam pro nihilo ducebatur in metris, non secus atque nota aspirationis, vt hic versus ostendit apud Priscianum:

Αμμες δὲ Εφρύσιδης, πόλις αρχῆς μεντερά Λύκαια. nam si scribes: Αμμες δὲ Βειρύσιδης — non staret versus. simplicis igitur aspirationis ibi munere fungitur, nam Φειρύσιδης est pro Εφρύσιδη vel ipiosidη, hoc est νύξας. vbiunque igitur locus erat aspirationi in Græcis vocibus, ibi Æoles suum F adponebant. sic dictiones omnes quæ ab ȝω littera incipiunt, quia solet adspirari, ipsi loco aspirationis β præponunt, nam in eam litteram mutari consuevit illorum digamma. hinc βεζδην pro ρόδην dicunt. βρυτηρ pro ρυτηρ. ρεζηνος pro ράκηνος. quæ dictiones apud antiquissimos Atticos ita scribebentur: ΡΗΑΚΩΣ, ΡΗΥΤΗΡ, ΡΗΟΔΩΝ. Digamma autem

illud Æolicum, transfire solet modo in β, modo in ν apud Græcos, hoc est in u Latinum. nam ν Græcis interdū cōsonantis, interdum vocalis sedem occupat, vt δαFιor est δάνιον. αFως, εως. Transit in β quoties præponitur vocalibus, initio dictionis, vt Φίρως, Βίρως, Φέλη, Βέλη. Sed & in medio quoque dictionis mutatur in β: vt ἐFa, ἐCa, ἐFaGv, ἐCa-
σσον apud Syracusios. & αFέλιον, αCέλιον. αFιδων, αCή-
δων pro αndōn. Nam fallitur Priscianus qui scribit digamma nisi vocali præponi, & in principio syllabæ non posse. nec ea ratio est quam ibi adfert, quare Æoles βέρδον dixerint potius quam φόδον, quia scilicet β vel digamma post ρ in eadem syllaba pronuntiari non posset: in multis enim non pronuntiabatur, quamvis in principio syllabæ possum, vt in illo versu quem ipse producit ex veteri poëta: Αμψες δὲ Φειρόστυλος — Si F mutes in β, lege versus excidisti. pro simplici igitur aspiratione eo loco ponitur, atque ita etiam poneretur in voce φόδον. quemadmodum Atticis φόδον hoc est Rhodum. Sed gaudent eiusmodi transmutationibus Æoles. Hinc βέρδον potius hoc est Feρδον quam φόδον dixerit: sic σκίφος dicebant idem pro κοίφος· σκέρος pro κότορος. Aliquot exempla nobis proferenda sunt Æolicæ huius litteræ siue notæ, in β mutationis, ex quo Latinæ plurimæ voces fluxere: ιτος, cum Æolico digamma βίτος. hinc Latinum γitus pro circumferentia rotæ. Εἰνεκή, Æolice βει-
κή. Hinc Latinum viginti. Fōnos hoc est βοῖνος. vi-
num. οὐέω, βαρέω τενεο, ιοκή Æolice pro iξός,

βιοκή, viscus. ἔμω, βειω. νομο. ἔπος, βέτος· verus, annosus. Hesychius: ἔρρω, βέρρω. perdo, verro. Sunt alia infinita, quæ libens prætereo, & alij operi reseruo. sic βέλη pro ἔλα. Hesychius: βέλη, ἐλη αὐγὴ ηλίου. sic βεκάς pro ἔκας. idem βεκάς, μαχρότεν. Βιργὸς pro ιγός. idem: βιρωθ, ιγωθ, σφόδρα οὐλίγον. Λάκωνες. βάγιον, ἄγιον. Βαρύγι, αρύγι, βάγος pro ἄγος. idem Hesychius: βάγος καλορεά ἄρτου ψή μαζέης, βασιλές ψή τρανιώτης. Λάκωνες. nam ἄγος Græcis utrumque significat, καλορεά scilicet & τήμερά. Βάδημαχ, αγα-
πᾶ· pro ἄδομαχ. Βίργακες pro ιέρηκες vel ιέρεγκες. in quibus omnibus vocibus digamma Æolicum in β transit, quod apud Lacones non minus quam apud Æoles obtinuit. Sed & apud Cretenses quoque. βαγκιώτης enim pro βγκιώτης vel ηλικιώτης dicebant. Hesychius: βαγκιώτης, σινέφηρος. Κρῆτες. idem, αβγίον pro δέλιον. sic αύγηος pro αργήος: & αύγηται pro ανταγηται apud eundem auctorem, eodem pertinent. & αύγη pro αηρ. De quibus nos alibi fusi us tractabili-
mus in libro de Dialectis Græciae. Sed digamma in β aut ν transfire non nouum est. nam hoc passim veteribus grammaticis obseruatum ac traditum est. quis vero dixit, eam in γάμμα quoque transmutari? Nemo sane de hoc monuit. Verissimum tamen est, gamma litteram loco digammæ multis vocibus præfici solitam apud Lacones & Æoles, quod in plurimis dictionibus mihi obseruauit apud eumdem Hesychium: quorum paucas heic ponam ad exemplum. γίς pro ίς quod alias βίς, vnde Latinum γīs. Hesychius: γίς iugās, ψή γῆ, ψή ιγάς· lege ιγός:

sic *νῦν* pro *ιψων* vel *βίγων*, vt suprà habuimus. idem: *ηγός*, *ιγός*. *γάδος* pro *ἄδος*. idem: *γάδος*, *πλησιόν*. *ἄλοι οἵοις*. idem plane quod *ἄδος*. sic enim in vocc *ἄδος*: *άδος πλησιόν*, *κόρης*, *ἄλοι οἵοις*. sic *γέτος* pro *ἔπος*. *γεῖρος*, *οἶνος*. *γεῖδα* pro *οἰδα*. *γεῖδα*, *οῖδα*. ita legendum. *γία*, *αἴθη*. nempe pro *ἴα*. *γάδεαθα* pro *Ἄδεαθα*. supra habuimus *βάδεαθα* pro eodem. sic *γέστα* pro *ἔστα*. supra erat *βέστα*. vnde *Vesta* Latinis. *γέκαλον* pro *ἔκαλον* vel *ἔχαλον*, quod alijs *βέκαλον*. *γήκαλον*, *ητυχον*. *γέαρ* pro *ἔαρ*. & *γέλουθον* pro *ἔλυθον*. *γέλουθον*, *ἔλυθον*, *ηγεων λέπυθον*. quæ vox omnino Laconica est, aut Æolica: nam Æoles & Lacones ou pro u scribebant. *γουγάτηρ* pro *γυγάτηρ* Æoles. *πούσαοι* autem pro *πύσαοι* Lacones, & *καρεῦα* pro *κέρυνα*, & *μιφοδεῖα* pro *γέφυρα*, &c. sic *γελίκη* pro *ἔλιξ*, & alia quæ numero carent. in quibus omnibus paret simplicem gammam positam pro digamma vel dupli- ci gamma: hoc est Γ pro F. Et sic certum Γ & β loco digammæ dictionibus a vocali incipientibus præponi solitum. nam *βῆγα* & *γῆγα* pro eodem accipitur: *γάδος* & *βάδος*. *γήξ*, & *βήξ*. *βοῖνος* & *γεῖνος*. *βέμυα* & *γέμυα*. Æolicum enim est *έμυα* *δύτη τοῖμαλον*. Hinc præposito digamma, *βέμυα* & *γέμυα* dictum est. Hesychius: *γέμυατα*, *ιμαλη*. Notandum est præterea priscos Latinos, cum in multis Æoles imitarentur, eas fere tantum voces per digamma Æolicum scribere, in principio syllabæ quæ lenem spiritum haberent, vt *εὐθί*. *Veneti*: *īs*, *vis*: *οῖνος*, *vinum*. *οῖκος* *vicus*. *ηρ*, *ver.* *ιο* & *ιολη*, *viola*, *εὐθί*, *vestis*. Hoc enim digamma Æoles utrebantur, vbi-

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 49
vbiunque aspiratione opus esset, ad vitandam spi-
ritus asperitatem. in reliquis autem dictionibus
quæ apud Græcos aspero flatu notantur, cum eas
in suum idioma transferrent, non *u* sed *f* aspirationis
loco ponebant, vt *ūes*, *ſues*; *δλκὸς*, *ſulcus*; *ἔρπω*,
ſerpo, & similia. quod Atticorum veterum more
videntur fecisse. nam & hi Æolicum digamma per
figma aliquando enuntiabant. Mā Æolicum est
pro cantilena. Hesychius: *μᾶ*, *ῳδὴ ποία*. addē di-
gamma, erit *μᾶFα*. vt *ῳὸν*, *ῳFὸν*, vnde Latinis *ouum*.
Ceteri Græci *ῳσθὸν* & *ῳδὸν* pro *ῳωνα* scripse-
runt. sic *γερῶια* *γερῶFα*. Atticis *γερνοία*. Falsum ta-
men est quod notat Priscianus Æoles ubique loco
aspirationis digamma ponere, ad effugientiam spi-
ritus asperitatem. Non enim tantum ijs vocalibus,
quæ asperabantur, præficiebant illam litteram, sed
quibuslibet, & illis etiam quæ leni flatu effereban-
tur: omnibus denique vocalibus, & in principio,
& in medio vocabulorum eam prænotabant. Fal-
sum item quod dicit, Latinos in multis, non in
omnibus Æolum consuetudinem sequi, vt cum
dicerent, *vespera*, *vis*, *vestis*. Nam & in illis ipsis
Æoles maxime sequuti sunt veteres Latini. Æo-
lum enim est, *βίς*, *βέστερ*, & *βεδής*. Æoles sane
in multis *ψιλωνται* erant. nam quæ apud alios *δα-
στεωνται*, ipsi *ψιλων* confuevere, vt *έμυα* pro *εῖμα*,
ἄμυνες pro *οὔμεις*. illis tamen ipsis vocalibus, quas
leniter pronunciant, suum illud digamma præ-
ponunt, dicentes *βέμυα*, & *βάμυες*. non igitur fu-
gientes asperitatem spiritus hoc faciunt, sed hoc

ipsum pro aspiratione habent, ut initio huius exerecitationis diximus. Sed quoniam semel indulsimus calamo, pergamus porro. Certum est veteres Latinos F litteram ad Æolici digammæ exemplar effinxisse, immo eamdem utriusque litteræ figuram esse, sed vim ac potestatem diuersam. Nam F Latinorum idem sonat ac valet quod φ Ionicum. F vero Æolicum idem quod β vel V Latinum, quando pro consonante accipitur. Latini tamen utramque litteram, digamma scilicet Æolicum, & Φ Ionicum in multis vocibus per B scripserunt. nam & Φελένας Belenam dixerunt, & Φάλαγρα, Balañam: Φρύγες, Bruges, Macedonum more qui βίλιππων ἀντὶ τῆς φίλιππον dicebant, & βαλαχρὸν pro φημαχρὸν, Βεργίκη pro φεργίκη. F igitur Latinum ex Æolico F expressum esse consentiunt & veteres Grammatici his verbis: F νέρο, G ρῶ Q in Græcis etiam litteris fuisse & nunc esse, sed G numero seruire, atque nonaginta significare. F autem Æolis duntaxat, idem valere quod apud nos V, cum pro consonanti scribitur, vocarique Vau & digamma. Ideo Claudius Cæsar, cum illud digamma recipere vellet in ordinem litterarum, quia iam eius figuram occupauerat vetus F Latinum, quamvis diuersæ aliquantulum potestatis, coactus est contrarium illi situm figuramque commodare, ne confunderetur cum F Latino. scripsit igitur auersam & inuersam illam litteram, hoc modo, ꝑ. quæ tamen idem prorsus valeret quod Æolicum F. Præterea ut Fenarū apud Æoles, & Ηεκτόν apud veteres Atticos, diuersa

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 51
figura, sed eodem modo aspirabatur: sic veteres Latini H & F indifferenter in vocabulis compluribus usurparunt, cum Hircum, & Fircum dicerent: Hædum, & Fædum: Herbam & Ferbam: Heliconem & Feliconem: Hariolum & Fariolum. Glossæ: Fariolus, φερφίτης, θυοσχέπτος. sed & pariolus in ijsdem glossis scribitur. sic Habas & Fabas. Et quemadmodum F & C confundebant in quibusdam dictiōnibus, sic & C. Nam Curmen & Furmen pro eodem dicebant. Glossæ: Curmen, ζύθος, δάση σίτου. Curmi Dioscoridi dicitur. alibi furmen vocatur. sic curcilla & furcilla. Isidori Glossæ: Curcilla oppilago. alibi furcilla pro eodem. sic culina & fulina idem. in ijsdem glossis, culina, fulina. Sic Faunus, & Caunus. qui enim Faunus Virgilio, eum Caunum legit Fulgentius, & interpretatur quasi καυνόνων, in libro de continentia Virgiliana. Pari modo H & C inuicem commutantur. Nam Cirnea genus vas Nonio Marcello notatur. Plautus vocat Hirneam. Canius consulis cuiusdam nomen est, apud Agrimensores. at eum Hænium nominant veteres inscriptiones. In ijsdem Agrimentorum libris ceutorium ponitur pro hectorium. Ceatoria hoc est, rotundus est, sicut modius. est fossa circa publica. Ceatoria pro Hectoria, εἴλος enim modius Græcis. vnde Hectorium vel ceotorium illis auctoribus, quod rotundum est sicut modius. vt fossæ rotundæ. Valerius de Notis scribit antiquos C loco H posuisse. Hinc Fenarū Æolum, & Ηεκτόν Atticorum, Latini veteres Centrum dixerunt. Exploratum igitur est,

vetustissimos Atticos littera Hꝑ pro aspiratione vsos esse, antequam Iones litteris octo adiectis ad priores sexdecim, implessent numerum **xxiiii.** Tunc enim ex Hꝑ, quæ aspirationi tantum seruiebat, E longum fecerunt, ipsamque H in duas partes sciderunt, F & Ȑ, vt ex eius partibus totam aspirandi rationem conficerent. adposita enim hæc nota F vocalibus, eumdem usum præstabat, quem olim integra H. Marius Victorinus: *Ac Ἡτα, quæ nunc a nobis scribitur, ad spirandi vicem obtinuisse, ετι a nostris retentam propter peregrina nomina, nunc ponit ante vocales, ετι iuxta C ετι T ετι P.* ita legimus mendosissimum in vulgatis editionibus Marij locum. habetur enim vulgo: *ac ita. ita pro ητα.* sed & *vicem pro vocem,* reposuimus. sic in superioribus eiusdem Grammatici locum pari menda affectum correximus. Nam ubi legebatur: *E autem pro ε ετι ιωτα.* legendum docuimus, *pro ε ετι ita.* hoc est ητα. nunquam enim E pro ιωτα apud veteres Græcos positum est, sed pro ητα, hoc est E longo. tantum igitur abest ut H hoc est ητα conflata fuerit ex duabus illis aspirandi notis F & Ȑ, quod ante ex Isidoro notabamus, vt contra eæ notæ ex diuiduo H factæ sint ab Ionibus, vt aspirationi seruirent, postquam integrum Hτα in numerum vocalium receperunt, & pro E longo usurparunt. posteriores ergo istæ notæ sunt, & ab Ionibus inuentæ. Sed cuius rei causa nobis hæc longa & morosa disputatio instituta est, id absoluimus tandem. Huius scilicet inscriptionis Farnesia-

næ scripturam, non esse Ionicam, vt sibi persuaserat vir summus, sed mere Atticam, & Atticorum veterum. Nam παλαιὰ γράμματα Αθηναὶ vocabant veteres, & de illo scripturæ genere intelligebant, quæ ex sedecim tantum numero litteris confiebat. vt contra Ionicam, quæ viginti quattuor peragebatur. quæ & recentissima est, & ea ipsa quam vulgo Græci hodieque retinent. Quapropter cum dicit Plinius veteres litteras Græcas pene easdem fuisse cum Latinis, Atticas vetustas omnino intelligit, quod ex ipsa inscriptione, quam ibi posuit, certo colligi potest. Atheniensis enim ciuis eius auctor est. Ναυσικράτης Αθηναῖος. Quinimo tuto licet affirmare, inter veteres Atticas, & Cadmeas litteras nihil aut parum interfuisse, quod ad figuram earum ac numerum attinet. qui enim adiecerunt ad numerum, non dicuntur nouasse priorum formam, sed nouas tantum addidisse, vt paulo ante dicebamus. Nam Cadmeæ litteræ sedecim tantum numero fuere, veteres Atticæ totidem: nec plures Euander in vetus Latium inuexit. Iones qui numerum illum ampliarunt, & usque ad viginti quattuor progressi sunt, præter nouarum additamentum, priorum etiam usum non leuiter immutarunt. Nam η pro ε: ω pro ο: ο̄ pro ο̄: υ pro ι, scribendum primi docuerunt. quod de novo ab illis inuentum est. præterea ψ pro πσι: ξι pro κσι: ΘΑ pro ΤΗΑ: ΧΩ pro ΚΗΟ: ΦΑ pro ΠΗΑ, scripserunt: in quibus non parum diuersi abidere ab illa vetere, & Cadmea scribendi ratione. Quare

cum scribit Herodotus similes in multis litteras Iōnicas Cadmeis sibi visas esse, non de alijs Cadmeis aut alijs Iōnicis, quam quibus diximus intelligendum est. non enim per Cadmeas, Phœnicias intelligit quibus Phœnices in patria Phœnice vtebantur, sed nouas illas, quas in Græcia sibi commenti erant Phœnices, multum natius Phœnicij dissimiles. Nam & locutionem & scriptionem aliam iam ac Phœnissa longe diuersam insueuerant. Cum igitur inscriptiones illæ, quas in tripode Apollinis Ismenij insculptas vidisse se testatur Herodotus, lingua Græca, non Phœnissa conceptæ sint, dubitari vix potest, quin & earumdem scriptura litteris Cadmeis, hoc est veteribus Græcis, (quibus scilicet Græci ante repertas ab Ionibus viginti quatuor litteras vtebantur) comprehensa fuerit. Adeo vt mihi plane constet epigraphas illas hoc modo fuisse scriptas:

ΑΜΡΗΤΡΙΟΝ ΜΑΝΕΘΕΚΕΝ ΕΟΝ ΑΠΟ ΤΕΛΕΒΟΑΟΝ.
Αρφίσιων μ' αὐτέγκει εἴων ἀπὸ Τηλεβοάων.
ΣΚΑΙΟΣ ΠΙΓΜΑΚΗΕΟΝ ΜΕ ΝΕΚΕΒΟΔΟΙ ΑΠΟΛΛΟΝΙ
ΝΙΚΕΣΑΣ ΑΝΕΤΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΣ ΑΓΑΛΜΑ.
Σχεῖος πεμψαχέων με ἐκηβόλω Απόλλων
Νικήσας αὐτέγκε τειν ωδεικαλλὲς ἄγαλμα.
ΔΑΟΔΑΜΑΣ ΤΡΙΠΟΔ ΑΙΤΟΝ ΕΙΣΚΟΠΟΙ ΑΠΟΛΛΟΝΙ
ΜΟΝΑΡΚΗΕΟΝ ΑΝΕΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΣ ΑΓΑΛΜΑ.
Δαοδάμας τειποὶ' αὐτὸν εὔσκόπω Απόλλων
Μουναρχίων αὐτέγκε τειν ωδεικαλλὲς ἄγαλμα.

Scripturam Cadmeam & Iōnicam alternis posuimus, vt constaret verum esse, quod scriptum reli-

quit Herodotus, Iōnicas litteras easdem pene fuisse cum Cadmeis. nam idem paulo ante eodem loco scripserat Iones paulum tantum immutasse τῷ Καδμίων γραμμάτων ῥυθμῷ. quatenus autem illum ῥυθμὸν mutauerint, nos superius ostendimus. Non est igitur dubitandum, vt eo redeamus vnde sumus digressi, scripturam, quæ nobis in hac inscriptione Farnesiana exhibetur, vetustissimorum Atticorum more esse conceptam. Character vero litterarum magis Romanus est quam Atticus. vt DEMETROS. M A R T V S. Nemo enim quantumuis doctus mihi persuaserit Græcos veteres, suum ῥῶ, vt Latinum R formasse, & D rotundum ἀπὸ τῆς Δ vspurasse, quam formam trigoni vetustissimi quique τῷ δέλτᾳ attribuunt. Sed & V pro Y numquam scripserint Græci. Nam si originem eius litteræ vltimam repetamus, inueniemus Palamedem ex gruum volantium agmine eam figuram reperisse. Grues autem ordine volantes Y non V faciunt. Grammatici præterea veteres scribunt, *Latinos Y eodem ordine scriptum habere, quo Greci, recisa tantum virgula.* Deinde Plinij locus, cuius auctoritate id probare maximè contendunt, is maxime hanc sententiam impugnat. Scribit Plinius loco iam supra citato: *Veteres Græcas fuisse easdem pæne quæ nunc Latinæ. indicio erit Delphica tabula antiqui aris, quæ est hodie in Palatio dono principum Mineruæ dicata in Bibliotheca, cum inscriptione tali, Ναυσιχράτης Τισανδρου Αθωάος αὐτέγκε. quam inscriptionem si ita perscribas, vt voluit vir docti-*

simus: NAVSIKRATES. TISAMENO.
A T H E N A I O S: cur scripsit Plinius easdem
 pæne fuisse Græcas veteres cum Latinis? Nam de-
 buit scribere, easdem omnino Græcas & Latinas
 fuisse. Non superuacuum tantum illud *pæne*, sed
 etiam falsum, cum nulla littera in illa inscriptione
 sic exarata, appareat, quæ non sit mere Latina.
 Sed verius est eam inscriptionem veteribus litteris
 Græcis, hoc est Atticis, sic fuisse conscriptam:
N A Y S I K P A T E S. T I S A M E N O. A T H E-
N A I O S. A N E T H E K E N. Nam paucis exceptis
 omnes litteræ eadem quæ & Latinæ. At in hac
 Herodis inscriptione omnes Latinæ sunt, paucis
 tantummodo exemptis. Scriptionis autem modus
 vere Atticus, & vetus. Nec mirum est in Græca in-
 scriptione litteras Latinas fuisse depietas parua
 utriusque gentis litterarum differentia, & magno
 linguae commercio. quod & in alijs monumentis
 videre est. Nummus Hadriani Imperatoris, quem
 descripserunt docti viri, sic habet: **K A I S A R**
S E M N O S A Δ P I A N O S. vbi R & S litteræ
 plane Romanæ sunt: ceteræ communes Græco-
 rum & Romanorum. Sic in alio nummo Augusti
 V Latinum pro *o* positum. **A Y T. K A I C A P**
A Y Γ V C T O C. Sic in veteribus Græcis codici-
 bus manu exaratis figura u Latini, $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\varphi\psi\chi\omega$ repre-
 ritur scripta, vt $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\varphi\psi\chi\omega$, $\alpha\beta\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\varphi\psi\chi\omega$. pro $\beta\alpha\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\varphi\psi\chi\omega$, $\beta\alpha\gamma\delta\epsilon\zeta\eta\theta\varphi\psi\chi\omega$. de quibus omnibus nos alio loco & opere la-
 tius differemus. Atque hæc ad hunc locum satis
 immo plus satis. Non tamen pœnitet longa ac
 exacta

A D C O N S E C R. T E M P. I N A G. H E R. 57
 exacta disputatione litterarum Ionicarum, & ve-
 terum Atticarum Cadmearumque discrimen ex-
 plicasse. Testis est Quintilianus Messalam, at quem
 virum? quosdam totos libellos non verbis modo
 singulis, sed etiam litteris dedisse. Nos vix dimi-
 diato libello omnium fere litterarum rationes ex-
 plicatas tradidisse quis reprehendat?

T O Φ P A K E K A I T P I O Π E I A I] Triopeas
 denominari vult Mineruam & Nemesis a Triop-
 eo, hoc est loco ipsis consecrato. Notum est apud
 veteres dijs cognomina indita ex locis in quibus
 colebantur. Hinc *Τειόπεια* Nemesis & Minerua a
 Triopio, quod ipsis consecrauit Herodes. vt Ne-
 mesis Rhamnusia a pago Atticæ Rhamnuite vbi
 colebatur, & Pallas Attica & Ceres Attica, quarum
 Athenis præcipuuus cultus erat institutus. Ceterum
 quod ex his verbis liquere putat vir doctissimus,
 non solum ædem Triopæ Triopeium dictam, sed
 etiam illud vniuersum territorium, & hanc ratio-
 nem adfert, quod non poterant Minerua & Ne-
 mesis Triopeæ cognominari a Triopio templo,
 id iam abunde supra cōfutauimus. Primum ædem
 Triopæ in illo loco nullam fuisse certum est. De-
 inde satis liquet ex inscriptione Farnesiana Triop-
 eum non totum territorium fuisse nominatum,
 sed illam tantum possessionis partem quam muris
 incluserat Herodes, & his deabus dedicauerat, vt
 ex hac etiam inscriptione patet. A Triopio igitur
 Triopeæ Minerua & Nemesis; vt à Triopio *vrbe*
 Cariæ vel Cnidiae Triopius Apollo, Triopiūs
 H

Neptunus, & Triopī Nymphæ. Nam ibi colebantur, & in eorum diuorum honorem certamen quotannis instaurabatur. Scholiares Theocriti: ἡ τῇ Δωρεῶν πεντάπολις, Λίνδος, Ιάλυσος, Καλύμνος, Κασσίς, Κνίδος. ἀγέται δὲ κοινῆ τοῦτο τῇ Δωρεῶν ἀγάν τοι Τειόπη, Νύμφαις, Απολλων, Ποσειδῶν. Καρχηδόν δὲ Δωρεῶν ὁ ἀγάν, ὡς Αεριζόλης φησί. Meminit Herodotus Triopij Apollinis tantum, non Neptuni aut Nymphaeum. apud quem & Τειόπικος iεερδ̄ mentio. Hoc vero Τειόπιον Herodis vnde nomen sumpserit, ignoro. Τειόπιον quidem ipse dicit ἐπώνυμον. Sed quæ eius denominationis ratio sit, non video. Vnde enim hic Triopæ, & quare huic loco nomen dedit? Nam ædem Triopæ in eo loco fuisse, quis nobis indicavit? aut quis nos docuit Triopam hunc pro Deo fuisse cultum veteribus? Deinde cum hic Herodes in isto Triopio simulacra Mineruæ, Nemesis & Neptuni constituerit, & dedicauerit, atque etiam Cereris & Proserpinæ, non ab aliquo horum Deorum locum fuisse appellatum miror, sed ex loco Dijs potius cognomina imposita, vt Triopei dicerentur. An a triquetra forma Τειόπιον sic locus dictus est? nam ὁτι εἰσὶ ὁψι. vnde & Τειόψ ὁ τειόπιος. Hesychius: Τειόψ ὁ ὑπὸ τῆς πυθαροειδῆς ἐν Δελφοῖς τειόπιος. Cum igitur hic ager Herodis tres fines spectaret, atque in trifinio positus esset, atque Τειόπιον propterea diceretur, Herodes ipse, οὐ ποτε μόνον ἐπὶ απῆχεῖσι τὸν τόπον, ἐπώνυμον Τειόπιον esse dixit. Et sane verum est Τειόπιον a trina facie dictum, & Τειόπιος etiam esse ἐπώνυμον. Immo, vt rem clarius

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 59
 explicemus, in agro Herodis ad viam Appiam hoc Τειόπιον constitutum est, quod sibi suisque monumentum esset, & Τειόπιον dictum quod in trifinio esset positum. vt plurimum enim monumenta in finibus collocabantur. Innocentius: ipsum terminum & ipsum locum directura trifinium facit. circa Μασίλεον in pedes lxx. amplius ped. minus inuenies. trifinium subter riuum significat. Sed & in trifinijs & quadrifinijs. Aggenus: Μασίλεα vero habent iuris sui hortorum modum circumiacentem vel præscriptum agri finem. Hæc sunt Frontini verba quæ Aggenus exponens scribit: *Nam locos frequenter in trifinio & quadrifinio inuenimus sicut in suburbanis, & circa publica itinera constitutum esse perspicimus.* perperam in editionibus verba Frontini, cum Aggeni expositione confusa habentur, & male ibidem legitur: *Nam lucos frequenter. legendum enim locos. Locos* vocat Aggenus, quæ Μασίλεα Frontino. Iuuenalis:

*Cum tamen a figulis munitam intrauerit urbem, Sarcophago contentus erit. ibi vetus Scholiares, Sarcophagum, locum exponit: exiguo loco cōtentus erit. Hinc apud Anastasium de vitis Pontificum, locos colere pro sepulcra colere. pro quo dixit Ado Floricensis in eadem historia, loculos colere. loculi enim & locelli sunt γλωσσομα. Nam & sic Græci vocant arcas quibus corpora conduntur. Sic apud Vlpianum locus pro monumento dicitur: *Si quis locum vendiderit, & idem venditor ab herede emptio in eo sepultus fuerit, actio de evictione intercidit.* Hoc casu*

enim *empor* proprietatem *amisit*. vbi manifesto locus est Mœsileum, vt Frontinus appellat. Triopium igitur istud nihil aliud fuit quam monumentum ab Herode in trifinio constructum, & inde *Telōπιον* appellatum. quod parum videntur animaduertisse doctissimi viri, quod illi versus apertissimi indicant:

Ιερὸς τοῦ ὁ χῶρος· αὐλίνοι δὲ θέατραι
Καὶ πολύμητει καὶ πασχεῖν οὖσα ἐποίησι.
Μηδὲ τις ἀμετέλων ὄρχος, οὐδὲ συρτά δέρπω
Η ποίει χιλῆς διδύμης χλωρῷ θέσθισι
Δρυῶν καρέου Αἴδος ψηφει μακέλλη,
Στήμα νέον τεύχον λιέ τοφέτερον κεραΐζειν.
Οὐ θέμις αὐτῷ νέωντι Βούρης ἴσχυστα βαλλον
Γλωττὸν αὐτοὺς οὐδὲ εὔχετερος Εἰρηνόποιο.

In quibus cum mentio fiat, vitium, arborum, herbarum, quas excindere & effodere non liceret, vel hac re maxime confirmatur monumentum eo loco fuisse sacratum. nam circa monumenta hortos, sylvas, lucos institui solitos ostendit Frontinus his verbis: *Similiter locorum religiosorum quibus secundum cautionem modus est restituendus. habent enim Mæsilea iuris sui hortorum modos circumiacentes, aut prescriptum agri finem.* Nec enim parvus agri modus sepulcris adscribatur, vt ex veteribus inscriptionibus multis colligi potest, & auctorum monumentis. Isti autem Triopio vel monumēto Herodis adiunctum erat & Mineruæ Nemesisque ædes, in qua & aliorum deorum statuas collocari curauerat. Nam vt plurimum ædes & templa etiam in trifinio, & qua-

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 61
drifinio ædificari moriserat. Aggenus: *Si enim loca sacra ædificabantur, quam maxime apud antiquos in confinio constituebantur, vbi trium vel quattuor possessio- num terminatio conueniret: & unusquisque possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo, & quantum donasset, scripto notum faciebat, ut per diem solemnitas eorum priuatorum agri, nullam molestiam inculcantiis populi sustineret.* Sed & si quid spatiösius cedebatur, sacerdotibus templi illius proficiebat. ita enim legendum apud Aggenum. Illud etiam obseruandum ex ijsdem auctoribus limitum, templo quæ in quadri- finio erant posita quattuor ingressus habuisse; quæ in trifinio, tres; quæ autem inter duos fines consti- tuebantur, ex duabus tantum regionibus adiri so- lita. Non dubium est igitur hoc *Telōπιον* quod in tres partes pateret, sic fuisse appellatum, ab Herode, qui, vt appellationem augustiorem redderet, eius causam accersiuit ab antiquo quodam Triopia. idque poëtico more fecit. ὅπας Græci ianuas appellant. Hinc *Telōπιον* quod τρις ὅπας haberet, & tribus locis apertus esset. quo probatur in trifinio fuisse constitutum hoc templum. sic δέσποτης οἶκος Græcis, qui duos ingressus habet: & διοποι αὐλὴι, quæ duobus foraminibus spiritum reddunt. Pollux: ὅπη Εἴρηται τὸ αἰολοσίκων Αεισθατος, τῷ δὲ δέσποτης de ianua ibi loquitur Pollux. Hesychio, ὅπη θύεται dicitur: διοπαία, ὄρνες ὄρνα καὶ Εἴδος, οὐ διὰ τὴν ὅπη τῆς θύεται, οὐτα διὰ τὴν θεία. Nisi vera est hæc nomi- nis Triopij ratio, quæ vera alia esse possit nescio. Nam quæ de cultu Triopæ, & eiusdem æde affe-

runtur a doctissimo viro, mihi non placent. Vnde enim Triopas heros in Italia cultus, tam propinquo urbis loco, quem in Græcia sua hoc honore dignatum nusquam legimus, aut fando accepimus?

ΩΣ ΤΗΝ ΔΕ ΡΩΣ ΣΘΕ] ῥάεθε, non est, potenter vos gerite, vt verterunt doctissimi viri. Sed ῥάεθε est, festinare, cum studio properare. απομάκως κινδυνός, vt Grammatici exponunt. Apud Homerum: Ως τέλεσται ῥών. Theocritus in Ouo, vt a nobis emendatum est: πόλις ἀμέτρω πόθῳ μετέσ φίλας ῥών ἀψα πόθῳ μέρεσται μετέν. Hinc ποδορράτην Αγαλακτίου vocavit Callimachus, pedibus velocem. Has diuas precatur Herodes, vt eodem studio eodemque affectu, ad agrum suum accedant, & templum sibi consecratum, quo Rhamnuntem & Athenas, dilectissima sibi loca solebant inuisere, cœlo relicto; atque vt propere & festinanter incedant per vineas & segetes, sylvasque & prata lustrent. Nam ῥάεθε proprie, est cum impetu, aliquo tendere. quare studium & affectus ostenditur.

ΚΑΙ ΔΕΝΔΡΕΑ ΒΟΤΡΥΟΕΝΤΑ] Δένδρεα heic possent accipi pro vitibus racemis refertis. nam & arbores vineas vocabant. Horatius: *Nullam, Vare, sacra vite prius seneris arborem.* Alcæus, vnde accepit, dixerat:

Μηδέν ἄλλο φυτεύσονται περονού δένδρεον ἀμπελω. Sed cum superiore versu iam vites nominarit, dicens πολυτάφιλον κατ' ἀγωνού: (nam ἀγων Græcis est αμπελόφυτος γῆ) heic δένδρεα sunt arbores, quæ vites

ascendentibus sustinent. Sic infra Ημετέρων ὄρχους, & δύσεα δένδρων separatis posuit. Theocritus in epigrammate de loco eodem modo consecrato, vt hic erat ab Herode:

ἀένδρον δέ
Ρήθερ τόπον πολιχέδων πάντοτε τηλεθάξει
Δάφνιας καὶ μύρων καὶ βίσσων καπτήσασι,
Εὐθα πέριξ κέχυται βοῦνόπας ἐλικη

Αμπελος. Quod genus vitium Græci ἀμπελόδας vocant. Δένδρεα igitur βοῦνόεντα heic sunt, quibus πέριξ κέχυται βοῦνόπας ἀμπελος.

ΙΕΡΗΝ ΑΝΑ ΓΑΙΑΝ ΕΗΚΕ] Sic propriæ loquutus est. Nam ἀμφιμά χωρὰ Græci appellant, Dijs consecrata. Grammatici, οἱ δὲ ἀμφιμοι θεοῖς τόποι, ἀλλοι τε καὶ τεμάνη καὶ ἔρχη. sic animalia Dijs consecrata αἰέτα dicebantur. Callimachus:

Τέκυον ὅτις Καὶ θεῖσιν αὐτιμά δένδρεα κότεσσι.

ΤΗΝ ΟΣΣΗΝ ΠΕΡΙ ΤΕΙΧΟΣ] Deerat hic versus in editione Casauboni, quem postea nobis submisit præstantissimus Bongarsius. & non parum facere mihi visus est, ad totius inscriptionis lucem. nam ex eo intelligimus non omnem possessionem suam ab Herode consecratam, sed partem duntaxat, in qua monumentum construxit, & templum ædificauit, murisque totum locum sepsit. Huiusmodi autem loca sacra, muro septa, Græci vocant ἔρχη & τειχόλοις. Pollux: οἱ δὲ αὐτιμοι θεοῖς τόποι, ἀλλοι τε καὶ τεμάνη καὶ ἔρχη καὶ οἱ τειχί αἰτεὶ κάκλος πειθόλοις. Theocritus in epigrammate:

Ἐρκος οὐδὲ ιερὸν πεῖστονέθρον· αἴτανον δὲ
Ρήθεν ἀπὸ στιλάδων παύπιστη τηλεστέι
Δάφναις καὶ μύραισι καὶ δώδεκα καπνίσασ.

Ita enim legimus ex vetustissimo codice. vulgo scriptum est Σακός οὐδὲ ιερὸν πεῖστονέθρον. Hoc igitur τεῖχος εὔποχον Herodis proprie est πεῖστος. Pausanias autem πεῖστος δελφικοὶ Απόλλωνος templum ipsum vocat. Quia vero eiusmodi πεῖστοι sacri, lucos & sylvas & hortos & vineas concludebant, factum est ut πεῖστοι recentioribus Græcis horti dicerentur & sylvae. Moschopulo, κῆπος λαζαρίων καὶ δένδρων ἀλσος θυμιάς πεῖστοιον. In simæ Latinitatis auctores corrupte Brolium appellant Syluum. Luitprandus Ticinensis de rebus per Europam gestis lib. 3. cap. 4. Sed et inter cetera, quasi esset priuilegium amoris, concessit ceruum quem is suo in brolio venaretur, quasi quod nulli unquam nisi clarissimis magnisque concessit amicis. Sed & πεῖστοις νεῶν dicebant Græci templum ædificare. Hinc πεῖστος etiam pro templo. & πεῖστος pro sylva muris circumsepta, quem vulgo parcum vocamus.

ΣΜΕΡΔΑΛΕΩΝ ΣΙΣΑΣΑ ΛΟΦΟΝ]
Σιγσα pro σιγσα. sic σιγι Anacreonti εν συμποσιοις ημιαμβοις.

Θαλερχί σιει ἡ χαίτη

Μηδακατηριαδικω.

Idem Anacreon in Etymologico magno, Θρησκίων καί τιν. Vetus glossarium Græcolatinum hanc scripturam quoque agnoscit. σιω, moueo, libro, vibrō. male vulgo scribitur, σιω. Nam σιω legisse & scripsisse

AD CONSECR. TEMP. IN AG. HER. 65
scripsisse auctorem illarum glossarum patet ex serie litterarum præcedētium & subsequentium hoc modo: σιφων, σιω, σιωστή. sic διωνίσις apud Lucianum in quodam Epigrammate: οὐδεποτέ, διωνίσις, πονίσις. Sed huius scripturæ i pro ei exempla longe plurima extant in vetustissimo Glossarum libro. Nam ibi δανιζόν. θειάρχη. ίδος. σιρχή. αγήιον. κάνιον. σισσυγής. πίχος. αγεῖος, αγελόντης. & alia infinita quæ parcam ascribere. κάνιον pro κάνιφων etiam legi in hoc versu Diogenis Laërtij:

Πέρος γέ Αδιωάγων κάνιον μὴ διπλάσιον έδεξε.

Αὐτῷ οὐ δέξεπιον τοῦτο τέλος σομαζει.

Sic enim ille versus in omnibus vetustis exemplaribus legitur. Sic σίχη & σιρχή in vetusto Epigrammate, pro τειχίστες. ad quem locum nos plura.

ΒΩΛΑΝ ΜΙΑΝ Η ΕΝΑ ΛΑΑΝ
ΟΧΛΙΣΣΑΙ] Solemnia verba hæc in monumentorum consecratione, ΝΕ Κ Β Ι Σ Ι Ν Δ Ε
L A P I D E M M O V E R E T, C E S P I T E M V E L L E
R E T. lex Iuliani Cod. Theod. de sepulcris violatis: Pergit audacia ad busta diem functorum, et aggeres consecratos cum et lapidem hinc mouere, terram solicitare, et cespitem vellere, proximum sacrilegio maiores semper habuerint. Paulus lib. 1. sentent. de sep. & lugendis: Qui monumento inscriptos titulos eraserit, vel statuam euerterit, vel quid ex eodem traxerit, lapidem columnam sustulerit, sepulcrum violasse dicitur.

ΟΧΛΙΣΣΑΙ] ὄχλιζεν, κωψεν, μοχλιθεῖ. Hesychius. ἄποχλιζεν dixit Palladius in Laufaco, de Alexandra: ἀπελθόντες ποίησαν λίμεις, καὶ ἀποχλισθετε τὴν

γέρει τῇ μνήμῃς, καὶ Εἰσελθόντες διέφερον αὐτὴν κομποῦσιν. perperam hodie legitur, σποχεῖσθαις.

ΦΟΡΗΝΑΙ] Docet vnde mos ille apud Romanos originem ceperit, Lunam adfigendi patriciorum calceis. Sed historia quæ heic narratur, & ratio quam huius consuetudinis reddit, apud nullum alium auctorem, eorum qui hodie extant, occurrit. Nam Plutarchus alias causas adfert, in capitulis Romanicis. Vnde fabulam hanc hauserit auctor, nescio. appareat tamen ex ijs eam habere qui αὐτα scripserunt: quorum ptaicipui memorantur, inter Græcos Callimachus, inter Latinos Varro. Verum ut scias doctissimum poëtarum non prorsus ignorauisse historiam quæ heic tangitur, ii. Aeneid. refert stellam cælo delapsam, viasque signantem præluxisse Aeneæ, & Idæa sylua se condidisse, eaque duce Aeneam & socios saluos ad eum locum peruenisse, vbi se condiderat. Sic autem ille:

— de cælo lapsa per umbras.

Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

Illam summa super labentem culmina recti

Cernimus Idæa claram se condere sylua, &c.

Sanctum fidus paulo post vocat:

Heic vero vicitus genitor se tollit ad auras,

Affaturque Deos, & sanctum fidus adorat.

Heic vero non stella, sed Mercurio duce, qui stellam in modum Lunæ talaribus infixam habebat, Æneam Idam petuisse, & in tutum se recepisse scribit: & in eius rei memoriam Æneadas stellæ illius vel Lunæ figuram calceis suis adsuisse: quod postea nobilitatis insigne fuit Romanis. Quintus autem Smyrnæus, non stellam nec Mercurium stelligera habentem talaria, sed Venerem ipsam ducem Æneæ fuisse tradit, cum Troiæ incendium fugeret.
lib. xvi.

— Κύρως δὲ ὁδὸν ἡγεμόνων,
Τιανὸν καὶ πάθεα καὶ πλέον πόματος αὐτοῦ
Γερφων ῥυμάτην. —

AINEIAN ΓΟΛΕΜΟΥ ΕΞΗΓΕΝ
ΑΧΑΙΩΝ] Sic Quintus Smyrnæus:

— οὐλερόντες δὲ φοβουρόντων ἔργα μόδια
Εξηγήσι πολέμῳ δυσηχεῶς. —

C E L . . . K Y K L O . . .] Lacunam hanc facili, sed vera coniectura sic replemus:

— σελωνίς κύκλος δύνης. vel ἀγλης, quod magis probo. Apollonius lib. 111. Argon.

Ως δὲ σελωνίς οὐρανόθεα πολέμος αγλης.

Hunc circulum vel lunulam calceis Romanorum adnecti solitam *uncinum* etiam vocari diximus: unde *uncinati calcei* Catoni, qui alijs lunati. Sic aprorum ora lunata vocavit Statius, ab illo dente adunco vel *uncinato*, qui in ipsorum rostro

promi-

AD DEDICAT. STAT. REG. HER. 105
prominet, lib. xi.

Fulmineos veluti præcps cum comminus egit
Ira sues, strictisque erexit pectora setis,
Igne tremunt oculi, lunataque dentibus uncis
Ora sonant.

Martialis vitam rusticam eo nomine maxime commendat, quod eam agitantibus,

Lunata nusquam pellis, & nusquam toga.

Sic Tertullianus in Pallio inter maxima urbanæ ac forensis vitæ impedimenta, togam posuit, & vncos calceos. illos tamen vncos calceos, ut & vncinatos Catonis, olim pro repandis accipiebamus. cuius sententiæ me nondum pœnitet, tales autem fuisse veterum calceos, in fronte prima scilicet acuminatorum, & quasi vncinatos, multis docuimus ad illum Tertulliani locum, ubi hæc diligenter excussimus, & de lunatis etiam accipi posse demonstravimus.

ΤΟΝΔΕ ΚΑΙ ΑΙΝΕΑΔΑΙ] τύπε, scilicet κύκλον, hunc circulum calceo adsui curauerunt Æneadæ. Diximus supra, & omnes sciunt hunc circulum Græcis σελωνίδα, Latinis Lunam aut lunulam appellari: sed pauci norunt, vncinum etiam appellatum, atque inde vncinatos calceos Catoni dictos apud Festum: *Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos, alij vncinatos, cetèri perones.* Ita enim legendum. nam in illis verbis qua explicandis qua corrigendis varie laborarunt viri dicti, & omnes quidem frustra. *Qui magistratum curulem ceperant, aut qui triumphabant, mulleis, id est ru-*

O

bris aut puniceis calceis vtebantur, quos posteā usurparunt soli Imperatores cum reliquis triumphantium insignibus. patricij autem & senatores qui magistratum curulem non cepissent, nigris, sed vncinatis, hoc est lunatis. Nam calcei senorum nigri. Iuuinalis:

— *nigrae Lunam subtexit alutæ.*

Horatius: — *nigris medium impedit crus
Pellibus —*

Vncinus autem recuruus, & ad semicirculi figuram factus. hinc hamus, & vncinus, & circulus, pro eodem. Nam hamata loricæ sunt ex ferreis circulis succussæ. & *vncinata corpuscula* Ciceroni, quæ Lucretio *hamata*, & Epicuro *άκιτροιδη*. sed hæc pluribus in Tertullianij Pallio ad illum locum: *quem enim non expediatur in algore rigere nudipedem quam in calceo vncipedem?* nam qui ad clausos quibus confixi erant calcei, referunt, vehementer errare ibidem docemus.

ΠΑΡΕΝΕΠΠΑΤΑΝΤΟ ΠΕΔΙΛΩ] τῷ περιφέρασθαι vel τῷ περιφέρασθαι proprium ad hanc rem verbum. Latinis *adsuere*, sed & panni qui adsuuntur vestibus, Græce τῷ περιφέραμαι dicuntur. Herodotus lib. IIII. ἡ δὲ Τεύθη στίρpes δύσκονται καὶ κατερπεῖ, καὶ δῆλα θελα περιγωνασθοῦται, τῷ τὰ δέρματα τοῖς στίρpεis τῷ περιφέρεται. Pessime ibi interpres, *quorum pelles ad rhenones faciendo consuuntur*, nec animaduersum Stephano. Sic enim debuit: *quorum pelles sisuris τῷ vestibus adsuuntur*. ad ornatum enim vestis, extimæ tantum oræ per circui-

tum adsuebantur eiusmodi pelles: non autem ex his totæ vestes cōficiebantur. Id Græci τῷ περιφέρασθαι, & τῷ περιφέραμαι limbi & fasciæ quæ adtexuntur caudis vestium. Hesychius: παραρίματα, τῷ περιφέραμαι iματιῶν. quod verbum Thucydidis est. sic autem explicat Pollux: Θρυσίδης ὁ ἐκ τῶν παραρίματα τὰ τοξεῖα τῶν ὥστε αἱ παραρίμαται φοῖται ἢ γένεσις Εἰσαρχόλου. Hinc liquet quid sint τῷ περιφέραμαι in veltibus.

..... ΑΥ..... Η ΓΕΝΕΚΚΙ ΓΕΡΑΑ]

Huic versui restituendo, supplendoque non magnam dedimus operam, sed bonam: quod illis foliis ut negent permitto, qui aliter restitui potuisse ostendent, quam hoc modo:

Τόνδε καὶ Αἰγαίδαι πήρενερράψαντο πεδίλῳ

Σύμβολον Αὐγείσιον εὐγένειαν γεραύον.

pediculos & apices litterarum, qui volet, rimetur, & si poterit, labem & vitium lapidis melius resarciat. nos contenti sumus hoc Catone. Philostratus in vita Herodis, σύμβολον δύσκειας, hanc calceorum Lunam vocat. γράφεται αὐτὸν φόνος Βερεδύας ὁ τῆς Ρηγίλιας αἰδελφὸς ἀνδρικού μοτίτος ὃν τὸ τοῖς νεαντοῖς καὶ θ σύμβολον τῆς δύσκειας πειρημάδος τοῦ νεαντοῦ. qui locus vnicē confirmat coniecturam vestram.

ΟΥ Ο Κ Χ Τ Α Ι Κ Ε Κ Ρ Ο Π Ι Δ Η Ν

ΠΕΡ Ε Ο Ν Τ Α] Verba ipsa auctoris non tam facile possumus hoc loco restituere quam in superiori versu: sententiam tamen æque bene. sic enim legimus:

Ως μιν ἐκόσμησεν καὶ Κεκροπίδην τῷ ἑταῖρῳ

Τυρσηνὸν σχέχαιον ὄπισθελον γέρες αὐδράν.

Verba hæc non ausim præstare ipsissima esse poëtæ, de sententia minus dubitamus. Vult enim dicere, vetus hoc ornamentum & insigne nobilium Romanorum tributum fuisse Attico Herodis filio, quamvis non ex aliqua nobili & antiqua familia Romana originem duxisset, sed merus esset Cœcropides. Et hoc quidem verum, quod ad patrem ipsius attinet: nam de matre Romanum fuisse, atque etiam nobilissimum constat.

ΘΥΡΩΝΩΝ ΑΡΧΑΙΟΝ ΕΠΙΣΦΥ-
ΠΙΟΝ ΤΕΡΑC ΑΝΔΡΩΝ] Corrige, Τυρ-
σηνὸν pro Θυρσηνῷ, & γέρες pro τέρες. nam τέρες
heic locum non habet. Τυρρηνῶν autem heic pro
Romanis vocat, quos supra Αὐστρίας dixit. Eorum
enim hoc ὄπισθελον γέρες. aut certe alludit ad ge-
nus calceamenti quod Tuscum dicebatur, quo ge-
nere vtebantur Romani Senatores. Virgil. de Euan-
dro lib. viii.

Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.

Seruius ad locum: *Tusca calciamenta, & dicit Crepi-*
das, quas primo habuere Senatores, post equites, deinde
milites. Alij calceos Senatorios intelligi volunt, quia hoc
genus calciamenti a Tuscis sumptum est. Pollux: *Tυρρη-*
νων, οἱ κατηνμα ξύλινοι, τεραδάκτυλοι. οἱ δὲ ιματίτες
ὄπισθεσσοι. σφραγίλιοι γένεσι. οὐδένας δὲ Φεδίας τῆς
Αθηνᾶς. ἀκάλων δὲ αὐτὰ Tυρρηναργῆ. quod facit cum
Seruio, qui Tusca calciamenta, crepidas fuisse vult.
Hesychius idem sentit: *Tυρρηνων σφραγίλια, κατην-*

μαὶ τὸ ὑψηλὸν οὔπιον καλέσται. De his accurate tracta-
mus ad Historiam Augustam, & accuratissime in
nostro de re vestiaria Commentario.

ΕΠΙΣΦΥΠΙΟΝ ΓΕΡΑC] ὄπισθελον
quoque dicitur Philostrato: οἱ ξύλινοι τῆς δύναμες
σφραγίλιοι παῖς οὐαδίμαν. τόπο δὲ ὅπιον ὄπισθελον
γέφαρκον μιλιοφόδες. ex quo id etiam discimus ebo-
reas fuisse istas lunulas. aliquando etiam & osseæ
& æneæ siebant, vt alibi ostendimus. Suauiter au-
tem nugatur bonus Isidorus, qui cum legisset apud
Græcū scriptorem mulleos calceos habere ὄπισθε-
λον ὁτεῖνα ἡ χαλκε, ad quæ corrigijs religabantur,
dixit eos habere in superiori parte malleolos & os-
seos, vel æneos. imposuit illi vox σφύλεον quæ
malleolum significat. Hinc putauit ὄπισθελον esse
malleolum in superiori parte mullei calcei. Mullei
autem calcei non differebant forma a calceis se-
natoriis, sed colore tantum. Nam hi erant nigri,
illi autem mullei coloris, hoc est rubri, quos soli
triumphantēs geregant, vel qui magistratum curu-
lem cepissent. hisque sua etiam erant ὄπισθελα
non minus, quam nigris. quæ ὄπισθελα iucundo
errore malleolos vertit Isidorus. ὄπισθελον apud
Poëtam est pars ocreæ.

Κυριῦς' σφραγίδιον ὄπισθελοις σχερῆν.

Vide Grammaticos. σφραγίδιον ornamentum etiam
muliebre, vt periscelis.

ΕΠΙΣΦΥΠΙΟΝ ΓΕΡΑC] Pessime de-
scriptus hic locus. quod vitio lapidis imputare li-
cit, vetustate, vt videtur, hac in parte exesi, nec

integras literas exhibentis. Sic autem in eo fuisse scriptum liquido iurare possim:

Epon̄s ἔργαστον καὶ Ερμέω —

Atticum Herse & Mercurio prognatum ideo dicit, quod Herodes eius pater, generis sui originem ad Cerycem referret, quem Mercurij & Herses filium fuisse vult hic auctor, vt ad sequentem versum dicturi sumus. Non Cerycem, sed Cephalum facit Mercurij & Herses filium Apollodorus lib. IIII. βιβλιοθ. quem vide.

E I C E T E O N Δ H] Vna littera extrita lege,
— Εἰ ἐπεὸν δὴ

Κῆρυξ Ἡράδεω ταχέγριος Θησεῖδας.

Sic apud Apollonium Argon. lib. IIII.

— Εἰ ἐπεὸν δὴ

Τυμετέρης γαῖας Αχελώιος ἔξαρινοι.

& lib. II.

Κλῦπε πανθύλων ταχεφερέσατο, Εἰ ἐπεὸν δὴ

Οἴδ' υμεῖς.

Nec dubium est ita in lapide fuisse incisum, & etiam nunc esse.

K H R Y Z H PΩΔΕΩ ΓΡΟΓΟΝΟ C]

Κῆρυξ heic accipiebam Mercurium; nam Κῆρυξ θεᾶν poëtis dicitur, vt in ouo Simmiæ: ἐρίσοας θεᾶν ἔκιξε Κῆρυξ. vnde & Κηρύχειον virga eius. cum autem Atticum Herodis filium Mercurio, & Herse progenitum superiore versu dixerit, Mercurium ταχέγριον Herodis fuisse necesse est, qui Attico pater. Sed Κῆρυξ Mercurius absolute non dicitur, sed Κῆρυξ θεᾶ. Κῆρυξ igitur heic nomen proprium, vnde Κῆ-

ρυξες familia Athenis. Cerycem autem illum quidam Eumolpi filium, alij Aglauri & Mercurij esse volunt: Auctor vero huius inscriptionis, Mercurij & Herses, quod probabilius est. Nam Mercurium cum Herse concubuisse fabula ferunt, multum inuidente Aglauro, & vt Mercurium excluderet satagente, & ob hoc in lapidem ab eodem mutata. Cephalum tamen non Cerycem Mercurij & Herses ex illo concubitu filium tradit Apollodorus, vt supra notauimus, illum qui ab Aurora adamatus & raptus est, quem diuersum facit a Cephalo Procridis marito, Deionei filio. Potest tamen & fieri vt Cerycem & Cephalum ex Mercurio genuerit Herse. sed quodcunque fuerit, verum in fabulis qui querunt, frustra querunt. De hoc Ceryce ita Pausanias in Atticis: πελαθίσθυτος ἢ Εύμολπου Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τὸν παῖδας. ὃν αὖτι Κῆρυκες θυγατρὶς Κέχροπος Αγλασέγυ καὶ Ερμοῦ παῖδα ἦτορι, δλλὰ σὺν Ευμόλπου. Hunc Cerycem Pollux quoque cum Pausania Pandroso & Mercurio genitum tradit, non Herse & Mercurio. Κῆρυξ οὐ μόνος τὸ μωσικὸν ἀπὸ Κῆρυκος τὸν Ερμοῦ καὶ Γαϊδρίσου τῆς Κέχροπος. Non igitur dubium Cerycem heic intelligi debere illū Mercurij & Herses, siue, vt alij, Aglauri filium. Hinc Κῆρυκες, Athenis nobilissima & antiquissima familia. incertus auctor apud Suidam: ἐπηρεόσθυτος ἢ αὐτῷ Εύμολπίδας καὶ Κῆρυκες. &, πρὸς τοῦτο θεάνθρακος τὰ σεμνὰ Εύμολπίδῶν καὶ Κηρύκων καὶ τὸν θηρίων θυμῷ ιερᾶν τε ὄνταν καὶ θεοφιλαῖν, θητέρρητον ἢ καὶ θηλειαν σφίλαν ταχεγρόμνος. Ex illis Cerycibus ortum se fe-

rebat Herodes ut ex hoc loco constat.

ΗΡΩΔΕΩ ΠΡΟΓΟΝΟC ΘΗCΗΙΑ
ΔΑΟ] Mirum est Philostratum Herodi dare generis auctores Æacidas, cum & Cecropiden & Thesiden eum faciat hic auctor. nulla autem, quod sciam, affinitas vel cognatio Thesidis cum Æacidis. Thesides autem ideo Herodes, quod ut Theseus ad Erechtheum & Cecropem genus suum re- ferret, inde etiam originem duceret Herodes, de se si creditur ipsi. Plutarchus de Theseo: Θοσέως θρή πατῶν θύμος εἰς Ερεχθία καὶ τοὺς αρχῆρους ἀπέδηνεις αἴνκει. Nam Cecrops Erechthei filius: Cecropis Pandion: Pandionis Ægeus: Ægei Theseus. Ex filia autem Cecropis Herse & Mercurio Ceryx: a quo Ceryce Herodem originem traxisse vult auctor iste. Sic Thesides Herodes. De Æacidis nullum in hac inscriptione verbum, cui fidem haberi tutius est, quam Philostrato.

ΤΟΥΝΕΚΑ ΤΙΜΗ ΕΙC ΚΑΙ ΕΠΩ-
ΝΥΜΟC] *Tiμῆς* ad Senatoriam Attici dignita-
tem pertinet, qua ab imperatore donatus est: ἐπω-
νυμες autem ad ipsius nomen pertainet. ἐπωνυμοι
enim, ut mediocriter eruditi sciunt, Græcis dicun-
tūr, qui nomine suo digni sunt, quos Latini ele-
ganter vocant, *nominis sui viros*. vt apud Spartia-
num: *Seuerus*, *vir sui nominis*. & apud Vopiscum:
Probus sui nominis vir. Græce ἐπωνυμοι & Φερώνυμοι.
Sophocles:

Γενθεὶς ἐγένετο συμφορῆς ἐπώνυμος.

Huic autem Herodis filio, Attico nomen fuit.
hinc

hinc

hinc ἐπώνυμον eum dicit quod linguam ἀκριβέστατην
γλώσσαν haberet, & suo nomine dignus videretur,
eaque de causa Ἡρόδου γλωσσαν vulgo vocabatur
Athenis, qui Herodes inter Atticos Atticissimus
fuit. Philostratus in vita Aristoclis: οὐδὲ ιδεῖ τὸ λέ-
γον, ἔχειγάντι μὲν καὶ Αἰγαίοντα, οὐδελέγεται δὲ θη-
τηδεῖα μᾶλλον οὐδὲ γλωσσαντα· χολή τε γέρες αἴπει τὸ λέ-
γον, καὶ οἵματὶ πολὺς Βεργίνης· αὐτὴν δὲ οὐδὲ Αἰγαίοντα Εἰς πολύτην
τὸν Ἡρόδου γλωσσαν Βασιλίζοιτε, λεπτολογεῖαντα μᾶλλον
δοξεῖ, οὐ κρότου τε καὶ οὐχοῦ ξυμβεῖαντα.

HMEN ANACCA EIC ΒΟΥΛΗΝ
ΑΓΕΡΕΠΘΑΙ] Putabam omnino versum desiderari, post hunc, ἥ μὴ αἴσθατα, cuius hic esset sensus, reginam Faustinam impetrasse huic Attico Senatoriam dignitatem a Marco imperatore. Nam αἴσθατα isto loco non aliud mihi suadebat: sed re diligentius considerata, nihil deesse comperi. Vn tantum littera addita legendum, ἥ μὴ αἴσθατα Eis βελινίσ αὐγέρεαθα. quæ indubitata lectio est. Sic igitur totus locus est concinnandus.

Τοιωτέρα τημένης καὶ ἐπάνυπος, οὐ μὴ αὐτασθί^α
Εἰς βραλίου ἀγέρεαθα οὐα περιφέρεινες ἔδραι.

Ελλάδη δή οὔτε γέρος πεφερέτερος, οὐτ' ἐπί φωνής.

Sententia autem hoc ordine ita procedit: πω̄σκα
τιμῆς οὐ μὴ εἰς αἴσασθαι βολὺν ἀγέρεσθαι· ἐπινεμούσι
δὲ τηνί βασιλεύεις τὴν γλωσσὴν σὲν δῆλον οὐς τὸν Ελλάδην.
Similiter sententiæ ordinem nuper obseruabam
apud elegantissimum auctorem, Florum lib. II.
cap. XII. *Multo vehementius sub hoc Macedones quam*
sub patre consurgunt: Quippe Thracas in vires suas straxē-

CL. SALMASII NOTÆ

rant, atque ita industria Macedonum, viribus Thracum, ferociam Thracum, disciplinam Macedonicam temperauerunt. ita scriptum exhibit optimæ D. Nazarij membranæ. quod sic procedit: *atque ita industria Macedonum ferociam Thracum, viribus Thracum disciplinam Macedonicam temperauerunt.* Tertium autem colum primo respondet, quartum secundo. Ad eundem plane modum huius loci sententia ordinata est: nam *Εἰς βύλω ἀγέραθαι* respondet voci *τιμῆς*: *Ελλάδη οὐτε θύος τασφερέτερος*, ad verbum *ἐπώνυμος*, refertur.

H M E N A N A C C A] Luce clarius litteram N deesse huius vocis fini, quam fragmine lapidis decisò periisse suspicor, vel vetustate abolitam & exesam. E contrario quartus ab isto versus duabus litteris habet amplius quam sat est in fine: nam *Αὐτωσίων* pro *Αὐτῶν* perperam scribitur. *Αναστρ* autem *βύλω* vocat, Senatum Romanum. Martialis eodem sensu dominum Senatum appellat, lib. xiv.

Synthesibus dum gaudet eques, dominusque Senatus. Probus apud Vopiscum Senatores mundi principes vocat in oratione ad Senatum his verbis: *Recte atque ordine P. C. proximo superiore anno factum est ut vestra clementia orbi terrarum principem daret, et quidem de vobis qui etis mundi principes, et semper fuisitis et in vestris posteris eritis.* Ex his igitur clarum est *αὐτῶν* *βύλω* heic Senatum intelligi.

E I C B O Y Λ H N A Γ E P E C Θ A I] Sic *Εἰς βύλω ἀγέρη* apud Apollonium in Ar-

gon. pro quo alibi idem dixit, *Εἰς βύλω ἐδρίσαντο.*

I N A Γ R Ω T O Θ R O N E C E Δ P A I]

Metaplasinus, *πτλαζόνεις* δὲ τὸ πτλαζόνειον. sic ἐρυθραῖτες ἐπων apud Homerum & Hesiodum simili metaplasmo pro ἐρυθραῖται, vt obseruant Grammatici. Sic πτλαζόνεις pro πτλαζόνοις. Etymologicum magnum: *Πτλαζόνεις*, οἱ γήγαντες. *Κονίαχος*, *Πτλαζόνων* γάτηρ. *Είρισται* τοῦτο δὲ τὸ πτλαζόνειον, πυτίσιν σκηνής. Vulgo apud Callimachum legitur *Πτλαζόνων*. Nec in compositis tantum vocibus, sed & in simplicibus frequentes huiusmodi metaplasmi apud Poëtas, vt *ιάνα μακρίσσαν* apud Homerum, pro *ιωνίων* δηκὶ πεποιθας, pro δηκῃ. πολλῶν κρόνος μηρύζαται Hesiodo pro κερκίων. sic in veteri Scolio *κλάδι* pro *κλάδῳ*.

Ενυπέτε κλάδι θέξιφος φορίων

Ωστερ Αρμέδιος κ' Αεισογέτων.

at passim legitur *κλάδῳ*, repugnante versu. Hesychius: *κλάδα*, *κλάδον*, *ράβδον*. male *κλάδῳ* excusum est.

Ε Α Λ Α Δ Ι Δ ΟΥ Τ Ε Γ Ε Ν Ο Σ Β Α C I-

Λ Ε Υ Τ Ε Ρ Ο Σ Ο Υ Τ Ε Τ Ι Φ Ο Ν Η Ν] *φορίων*

pro *φωνίων*: nam sc legendum est. Huius autem versus sententia referri debet ad vocem *ἐπώνυμος*, vt iam diximus. Attici reliquos omnes populos & elegantia sermonis, & originis vetustate antistabant: nam *ἀλέχθοντες* esse gloriabantur. at huic Herodis filio Atticus nomen fuit. *ἐπώνυμον* eum igitur esse dicit, & vere Atticum, quod & generis nobilitate, & facultate dicendi omnes superaret. Ba-

παλύτερος eleganter heic præstantiorem & excellentiorem designat. Græci enim βασιλέfs vocant in sua arte homines, qui in ea excellunt & ceteris præstant. Adrianus Sophista apud Philostratum in eius vita Herodem vocabat βασιλέα τῷ λόγῳ. Ήρώδης δὲ τὸν βασιλέα τῷ λόγῳ ἀγαπῶν, τὸν ἀοιδό τε καὶ τίφων τεσσαράκοντα. Sic Telestes apud Athenæum, Φρύγα καλλιπόνων αὐλαῖ βασιλῆα appellat. Sic & apud Eunapium Proærefius in inscriptione statuæ, βασιλέων λόγων dicitur. πολλὰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς ἀγαθέσις καὶ τυχέντος ἐπάγον, αἰδριδύτα κατασκευαζόμενοι χαλκοῦ ἰστρεῖτον μέθηκεν ἔπιχράντες, Η ΒΑΣΙΛΕΥΤΟΥ ΣΑΡΩΜΗ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΑ ΛΟΓΩΝ.

ΒΑΣΙΛΕΥΤΕΡΟΣ ΟΥΤΕ ΤΙ ΦΩΝΗΝ] Sic regnum loquendi dixit Manilius lib. i. v.

Ille decus linguae faciet, regnumque loquendi.

ΗΡΩΔΕΩ ΓΛΩΣΣΑΝ ΔΕ ΤΕ ΜΙΝΚΑΛΕΟΥΣΙΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ] Ejciendæ hæ duæ litteræ ex fine, quæ & sensum turbant & versum. Scribendum,

Ηρώδεω γλωσσῷ δὲ τε μη καλέσοντα Αθηναῖα.

Vnde vero illud ΩΝ irrepserit, nescio. nam in lapide esse ita scriptum vix est ut credam. Sed & magis mirum mihi videtur ista de Herodis filio, hoc loco dici, cum tam diuersa de eo prodat Philostratus in Herodis vita. Marcellus iste, vel si quis alius inscriptionis auctor, eloquentiorem neminem in tota Græcia fuisse quam hunc Herodis

filium scribit, adeo ut vulgo Athenis cognominaretur *Herodis lingua*, quod dicendi virtute scilicet, maxime similis esset patri, ut qui eum audirent loquentem, patrem Herodem audire se putarent. At quam longe aliter de eo sentit & narrat Philostratus! qui tam inertis ac hebetis ingenij hunc fuisse refert, adeoque fugacis & fluidæ memoriæ, ut vix primas litteras ediscere potuerit, quas nunquam tamen didicisset, nisi patri venisset in mentem, eas illi huiusmodi lepido commento inculcare. Pueros viginti quatuor, ætate æquales cum illo educare & alere instituit, litterarum nominibus vocatos, ut eos crebrius appellando, sic tandem litterarum nomina pronuntiare assuesceret, addisceretque. Sed & stultum eum & potatorem & insanis amoribus deditum fuisse ibidem memorat, patremque quoties de illo incideret mentio, hunc in ore semper habuisse versum:

Eīs δὲ τὸν μαρέος καλείπεται βύρεῖ οἴκω.

Quibus omnibus permotus Herodes exheredem eum fecit, maternis tantum bonis ei relictis, vel restitutis. Hæc Philostratus, quæ quis non miretur, cum videat hac inscriptione eum ut eloquentissimum laudari, & Senatoria dignitate ornatum ab Imperatore? Nec vero post mortem Herodis Senatorum eum factum possit aliquis existimare, cum disertis verbis supra dicatur in solarium Herodis vxorem & liberos amissos lugentis, in Senatorum numerum cooptatum ab Antonino eius filium Atticum, nec porro de alio Herodis filio, quam de

hoc Attico loqui Marcellum, dicendum est: nullum enim alium habuit, præter hunc Atticum: iterum dicam, mirari hoc satis non possum. Non in hac re tamen tantum dissentientem ab hoc auctore Philostratum deprehendi, sed & in numero liberorum Herodis, cum hic tres, ille quattuor ponat: & Herodem ab Æacidis originem ducere velit ille, hic autem ab Erechtheidis. In quibus omnibus huius inscriptionis auctori quam centum Philostratis, magis credere res ipsa nos cogit.

KAI ΔΑΡΔΑΝΙΟΝ ΓΕΝΟC ΕΙHN] Scribe, ἵνα, vel ne longius recedamus, ἵνω, quod Attici dicunt pro ἐλώ. Sed & Εἰν pro ἐλώ potest esse, vt Εἰν pro εἰ, Ionice, &c.

ΤΡΩΟC ΕΠΙXΘΟΝΙΔΑΑΟ] Melius, Τρῶος Εεγχθοίδεω. atque ita lege.

ΟΥΔΙ ΦΙΛΟΝ ΙΕΠΑ ΠΕΞΑΙ] Certum est legidebere:

Ἄνθι φίλον ιεπετέξαγ

Καὶ θύσα, θύεων ἀτὰρ σὸν δέκοντος θύδικην.

Si quis volet rem diuinam Regillæ facere, faciat. nemo enim inuitus ad hoc cogitur. Non peccabit, qui faciet, eamque istoc honore dignabitur: non enim mortalis est. Non tamen hoc officium ab inuitis etiam exigitur, cum de Dearum numero minime censenda sit, quibus necessario sacra facienda sunt, quæque in sui numinis contemptores seueri vindicant; sed Heroinarum tantum, quarum cultum minime sibi negligendum putant, qui magna pietate & religionum amore sunt prædicti. Regillam

igitur vt Heroinam vult coli, eique hac de causa non templum vt Deæ, non tumulum vt fœminæ mortali, sed λιρῷον ædificatum esse scribit.

ΟΥ ΜΕ ΓΑΡ ΘΝΗΤΗ] Vel puer viserit legendum:

Οὐ νῦ γάρ θυτή, ἀτὰρ οὐδὲ θεατρα τέτυκε.

ΟΥΤΕ ΝΕΩΝ ΙΕΠΟΝ ΛΑΧΕΝ ΟΥΤΕ ΤΥΜΒΟΝ] Non templum, nec tumulum fortita est. quid igitur? ἡρῷον, quod illi ab Herode Athenis extructum est.

ΟΥΔΕ ΓΕΡΑΘΗΤΟΙΣ] Etiam hoc corruptissimum, vt alia multa in hac inscriptione, sed facilis emendandi ratio: Sribendum enim:

Οὐδὲ γέρε θυτής, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὅμιλοι.

Hoc est, honores quidem eam maiores postulare, quam qui homini debentur, sed minores, quam quos dijs reddere consueimus, hoc est quales Herroibus tribui solent.

CHMAMENOINHΩΙΚΕΛΟΝ ΔΗΜΩEN ΑΘΗΝΗC] Scribe: Σῆμα μόνον ηγετικῶν. Sic οὐδὲ φερετικῶν ἡρῷον appellat. vbi autem hoc ἡρῷον fuerit, vtrum in vrbe ipsa, an in Marathonē pago, incertum facere posset huius vocis δημος notio, quæ aliquando pagum, quales erant Attici, designat, aliquando populum ipsum, & multitudinem in vrbe collectam, vt cum Δημος εἰς Τρῶαν Homerus dicit, pro populo Troiano, vel etiam vrbe ipsa. Vt pro pago acciperem inducebat me quod in pagis, & secundum vias publicas vt plurimum exstruere consueuerant Athenienses

tumulos, *λίρα*, templo: quod testatur Pausanias in Atticis: Αἰθιαῖοις δὲ καὶ ἔξω πόλεως σὸν τοῖς θύμοις, καὶ τῷ ταῦτα οὐδεὶς θεάσθηται εἰργά καὶ λίρών καὶ αὐθαδέπλου τάφοι. pagum autem non alium quam Marathonem accipiebam, vnde fuit Herodes, & in quo sepeliendum se mandauerat suis libertis. Sed quare Δῆμον Αἰθίου hunc pagum potius, quam alium quemuis vocaret, non inueniebam: nec enim peculiari cultu Mineruam colebant Marathonij, nec templum eius in eo pago fuisse conditum meminerunt scriptores, cum & in alijs compluribus Atticæ terræ pagis, & aras Mineruæ consecratae & cultum eius celebratum sciamus. Δῆμον igitur Αἰθίου heic nobis interpretari placet ipsam urbem, hoc est ἀγορα. Sic ἀρέα δῆμον Αἰθιαῖον vocabat Athenienses Euphorion: Homerus, Δῆμον Ερευθέως. In vrbe autem sepultam fuisse Regillam probabile est. nam & Panathenaïdem eius filiam in vrbe sepultam tradit Philostratus: Θέτι Παναθηναϊδή τῇ θυγατρὶ πένθος Αἰθιαῖοι ἐπεσύναν, οὐδὲ τὰ αὐτῶν θαύματα, &c. Ipse etiam Herodes in vrbe sepultus est, eodem auctore Philostrato, quem vide. Mirari tamen mihi subit eum auctorem qui tam accurate vitam Herodis in litteras misisse profiteretur ut multa etiam de eo multis ignorata memoriae mandasse dicat, mentionem nullam facere huius ἡρώου Regillæ. Atqui non omittere debuit, illo præsertim loco quo de Regillæ morte & Herodis luctu tam multa dixit. Quid si quod ille theatrum ab Herode ædificatum in honorem Regillæ scri-

scribit, hoc λίρων fuisse interpretabimur? Theatrum illud construxisse videtur Herodes eo loco in quo sepulta fuit Regilla, eique dedicauisse, vt eius λίρων esset. Philostratus, Θέτι Πηγίλλη θεάσθη vocat. & alio loco θωαθεῖνας αὐτὴν scribit hoc theatrum Herodem. Sane ipse etiam Herodes in Panathenaico stadio sepultus est, quod sua impensa faciendum curauit ad exercitium Atticæ iuuētutis: de quo stadio Philostratus sic ait, ἐργα τελεσθεῖσα τὰ θεαμάτων. Καὶ τὸ θέτι Πηγίλλη θεάσθη αὐτῷ αἰμιλλάτην. Huius stadij meminit etiam Pausanias in Atticis. Non iam igitur dubito quin σῆμα νεψίκελον, quod heic habemus, sit Theatrum θέτι Πηγίλλη Philostrati. Statius epicedio in patrem, scribit, si sibi fortuna permitteret, magnificum se & templis parem tumulum patri extructurum, theatrumque ibidem ei dedicaturū, in quo ludi musici celebrarentur in honorem eius. Locum ipsum non grauabor ascribere: non parum enim hanc inscriptionem illustrat.

*Atque ytinam fortuna dares mihi, manibus aras,
Par templis opus, aëriamque educere molem,
Cyclopum scopulos ultra atque audacia saxa
Pyramidum, et magno tumulum prætexere luco.
Illic et Sicili superasset dona sepulcri,
Et Nemees lucum, et Pelopis solemnia truncis.
Illi Oebalio non fideret aëra disco
Graiorum vis villa virum. non arua rigaret
Sudor equum, aut putri sonitum daret vngula fossa:
Sed Phœbi simplex chorus. heic frondentia vatum
Premia laudato genitor tibi rite dicarem.*

Illud, *par templis opus*, idem plane cum hoc nostro, σῆμα μὲν οἱ νῦν ἔκελον. quibus verbis & sepulcrum pariter & theatrum ibidem conditum vterque intelligit.

ΤΟΥΤΟ ΔΕ ΦΑΥCΤΕΙΝΗ ΚΕΧΑΠΙ C M E N O N] Hæc Faustina Marci Antonini Philosophi vxor, quæ iam in viuis esse desierat, cum Regillæ statua dedicata est. Vtra autem prior deceperit, Faustina an Regilla, quamuis non certum habeam, Regillam tamen priorem fatis concessisse non paucis nec dubijs coniecturis colligo: quas heic aperirem si quid ad huius loci illustrationem facerent. Videtur autem Faustina in eodem hoc templo consecrata in quo Regillæ statua erat posita. Hinc est quod gratam & acceptam Diuæ Faustinæ hanc Regillæ effigiem dicit, Regillamque ipsam quasi nympham pedisquam & sacrorum ministram Faustinæ non spernendam fore scribit paulo post.

ΦΑΥCΤΕΙΝΗ] Φωστίη, pro Φωστίῃ. Sic enim Grammatici: τὰ Δῆρα τὸν ιατλινὸν ποεῖ μιᾶς πόνον ἔχοντα Δῆρα τὸν γεράφεται. Φωστία, Μαρία, πλέω τὴν τεῖνα. Sed Φωστίη heic ut Αντωνίος passim in veteribus monumentis scribitur, & Γαυλήσιος.

ΔΗΜΩ ΕΝΙ ΤΡΙΟΠΕΩ]. De hoc Triopio satis multa diximus ad inscriptionem Herodis. Siue autem ab illa quam ibi notauius caufsa, siue ab alia hoc Triopium denominatum esset, harum inscriptionum auctores sono nominis inuitante, τὴν Τειόπα επώνυμον finxerunt: eique adfinixerant

quæ de antiquo Triopa apud veteres fabularum scriptores legerant, ad maiorem, vt par est, loco conciliandam religionis auctoritatem. Hinc poëtice Θεοπότιον δύμαν Τειόπα dixerunt. nam omnia quæ in Græcia terra Τειόπα usquam extant, ab aliquo Triope vel Triopa appellata sunt, non item illud in via Appia Triopium, vbi villa Herodis fuit.

ΝΑΟΙ ΠΑΡΟC ΕΥΡΕΕC ΑΓΡΟΙ] Immo, ναος προσ. atque ita omnino emendandum. Nam ante templa & ædes sacras & monumenta fere semper haud paruu agri modus vacabat, vineis aut oleis & alijs arboribus consitus. Hinc illæ inscriptiones obuiæ passim in veterum monumentis, tot pedes in fronte, tot in agrum. Statius: — & magno tumulum praetexere luco. Sed hoc pluribus firmari non est opus.

ΚΑΙ ΧΟΡΟC ΗΜΕΡΙΔΩΝ] Sic vitium choreas Manilius dixit lib. v.

Et te Bacche tuas nubencem iunget ad ulmos,

Disponetque iugis imitatus fronde choreas.

Eleganter χοροὶ λιμενίδων, vinearum ordines vocat. nam in vinea σίχοι sunt, vt & in choro. ὄρχεσις enim σίχοις αὔπτελων Græci exponunt. Chorus autem καὶ σίχοι καὶ ζυγοὶ ordinabatur. Immo ὄρχεσις & χοροὶ idem est. nam ὄρχειασι ab ὄρχεσι idem significat quod χοροὶ a χοροῖς. ὄρχεσις καὶ τραγῳδῶν pro χοροῖς. sic ὄλχος pro λέχος, apud Hesychium. χόρος pro χρότος. ἀγχήρης ὑπρος pro λεχήρης. sic ὄρθεως pro ρεθέω. unde Latinum sorbeo, & in Q. ij

b: vt ἄρφος albus, ὄρφος orbus, vt pluribus dicam in libro de Dialectis.

Ε Λ Α Η Ε Ν Τ Ε Σ Α Ρ Ο Υ Ρ Α Ι] pro Φαινεασα. sic ὑλίκητε Ζάκυνθοι apud poëtam pro ὑλίκεασθε. & κανέτις Ιπποδάμεια. Φαινεασθε τιδεις apud Sophoclem varie olim interpretati sunt Grammatici. Hesychius, Φαινεασα τιδεις, Σοφοκλῆς Οδυσσεῖον θεωρητὴν. οὐτοὶ Φαινεασα διὰ τὴ σκαψα, αγελα. οὐ διὰ τὴ λιγέασα, πόλιτα λιγέασθε, καὶ κατεσθίσθε. οὐ διὰ Φαινεασα, ita legendum apud Hesychium. nam male in editionibus Φαινεασα. Φαινεασα autem pro Φαινεασα ab Φαινεις: quæ interpretatio sola vera est.

Θ Ε Α Β Α C I Λ E I A Γ Y N A I K Ω N] Diuam Faustinam ita appellat.

ΚΑΙ ΟΓΛΟΝΑ ΝΥΜΦΑΝ] Manifestum est legi debere: καὶ ὄπονα νύμφων.

Ο Υ Δ Ε Γ ΑΡ Ι Φ Ι Γ Ε Ν Ε Ι Α Ν Ε Υ Θ Ρ Ο Ν Ο Κ Ι Ο Χ Ε Α Ι Ρ Α] Ideo Diana & Minerua heic meminit, quod his Deabus fundum suum consecrauerat Herodes, & templum ibidem eis posuerat, in quo & statua Regillæ posita fuit & dedicata, & nisi fallor, etiam Diuæ Faustinae. quam autem Ραμμούδην Ούπην vocavit in priore inscriptione, heic Dianam aperte appellat, vt inde manifestum sit Dianam & Nemesis pro eadem accepisse: nam Ούπη cognomentum Diana. Veteres autem plerique Dianam Adrasteam cognominatam putarunt, ab Adrasto quodam qui primus ei statuam collocauit. Harpocratius: Δημήτελος οὐ Σκήνιος Αρτεμίσιος φοῖος οὐδὲ Αδραστην οὐδὲ Αδραστην

A D D E D I C A T . S T A T . R E G . H E R . 125
πηὸς ιδρυμάτων. quod memini me animaduertere ad inscriptionem Herodis.

Ο Υ Δ Ε M I N H P Ω M H C I] Nihil corruptius. scribe vt supra emendauiimus:

Οὐδέ μη οἵρων παλαιῶν μεδέσθε.

Ηρώη Attice pro οἵρωναι, vt in superioribus nobis obseruatum. sic οἵρωασα pro οἵρωασαι apud Apollonium lib. i v. Ηρώασαι Λιβύης πημάσει — ad quem locum doctissimus interpres sic scribit: οἵρωασαι περιστερωμένως Ηρωάσσετος οὐ δεκάτη φοῖον οὐ σινδυοφοῖς τὴ οἵρωασαι. τὴ οἵρωας δὲ οὐ θηλυκὸν γῆς οἵρωασαι. οὐ διὰ τὴ οἵρωασαι. ita enim emendamus. vulgo περιγίρασ, inepte.

K A I C A P O C I Φ Θ I M O I O] Per Cæsarrem, Commodum intelligit. nam viuente M. Antonino Augusto Commodi patre hæc scripta sunt. Seruat autem differentiam, quæ tunc temporis obseruabatur inter Cæsares & Augustos. Cæsares enim vocabantur, qui designati erant imperij successores. itaque θασιλᾶς supra est Augustus. heic Καζηρ, Augusti filius. Mater vero Cæsar's hoc loco est Faustina.

H Λ Α X E N H Λ Υ C I H C I N] De Faustina accipendum.

M A K A I P A T E K A Δ M E I Ω N H] Καδμείων, Cadmi neptis: vt Αἰγαίων supra, & θραύσιων. Semelem autem heic Καδμείων appellat.

F I N I S.



ΔΩΣΙΑΔΑ ΒΩΜΟΣ Α.

Ολέσ ό με λιβερός ιράν
 Λιβαδειανού οία καχλών
 Υπὸ φοινίκος πέμψει
 Μασλιές δή ύπαρχε περάν Ναξίων δούληνα
 Παμιάτων φείδοντα Παρός, ό τροποί λιγού
 Ιξός βιώδης μύαινει τρεχέων με Νυσίων
 Εσ γάρ βωμὸν ὄρης με μήτε ταχύζευ
 Πλινθοίς, μηδ' Αλισσοῖς παρέβα βώλοις
 Οὐδὲ δὴ Κωνσταντίνος ἐτεύξε φύτλα
 Λαβάρια τὰ μυκάδων κέρεα
 Λιανάσιν αἱμφὶ διέρειν
 Οαση νέμοντα Κωνσταντίνος
 Ιστρόποτος πέλσιν μοι
 Σωθάρανδρος γάρ σκυρόνοις
 Είνας μὲν ἐτεύξε γηγέρης
 Τάσων δὲ αἴλων πέλρια
 Ειδυστε πάλμινα αὐθίτιαν
 Σὺ δή ω πιῶν κρίνεντεν τού
 Ιπις κόλαφε Γοργόνος
 Θύσιος τὸ θητιστένοις τέ μοι
 Υμηττιαδῆν πολὺ λερούτερω
 Σπουδῶν· αὖλη ίδι δὴ δαρούτων
 Εσ ἔμιλα τεῦχον· καθαρός γάρ έγω
 Ιὸν ιέπτων περίσσον· οία κέκενθ' οὐκίσιος
 Αἱμφὶ νέας Θρησκίας δην χρεόθεν Μυείνος
 Σοι Τειπάτωρ πορφυρές φώρι αἰεδηκε χριστός.



CLAVDII SALMASII

ΝΟΤΑ.

ANTE hos decem plus minus annos, in Germania cum essem, & Heidelbergæ agerem, hunc βωμόν in veteri epigrammatum Codice, qui seruatur in Bibliotheca illustrissimi Palatini Principis, mihi repertum, necdum editum, ad Iosephum Scaligerum τὸν μακαρίτων misi. remisit ille mihi suam de illa sententiam & expositionem. quam videre licet, in ea quam tum ad me dedit epistola, quæ nunc inter postuma eiusdem opuscula & alias ad diuersos epistolulas habetur excusa. Dosiadæ autem hanc aram tribuimus ex auctoritate vetusti Codicis, licet ille nomen Dosiadæ ad istud poëmatium non præferret, sed alterius aræ, quæ sequebatur, basi subscriptum haberet, hoc modo: ΔΩΣΙΑΔΑ ΒΩΜΟΣ ΟΝ ΜΟΥΣΑΙΣ ΕΣΤΗΣΕΝ ΕΝ ΓΑ. Quam subscriptionem ad hanc aram pertinere iudicauimus, cum alterum illum βωμόν, & alterius authoris esse, nec ad Musas quidquam attinere certo sciremus, vt latius in nostris ad eum notis ostendemus. Dosiadan etiam huius ludicri auctorem Lucianus agnoscit in Lexiphane: οὐ μεῖς δέ τοι ποιηταί επαγνοῦμε, τοὺς κατὰ γλωτταν γεραφοὺς ποιήματα· τὰ δέ τὰ μεῖς πεντάλ μεῖς ταῦτα γενήσουται, καθαρός δέ

Δωρίδα βωμὸς διὸ Εἴη τὰς ἵνας Λυκόφερος Αλεξανδρα, τὰς Εἴης εἴπει πενταν πέντε φωνὴς παχύδαιμονέτερος. Sed quis hic fuerit Dosiadas, aut quo tempore vixerit, quare qui me doceat. Athenaeus non semel Δωσιδὸν καὶ Κρητικὸν laudat. Diogenes Laërtius patrem Epimenidis Cretensis ex quorundam sententia Dosiadan appellat. An idem hic sit nescio. Cretenses illi fuisse videntur. Hic Rhodius dicitur in veteri Scholio ad Ouum Simmiae. Aræ autem istius forma non quadrata & cubica, ut aræ vulgo siebant, sed ἀνισόπλαθες πλακάχη· quæ forma fuit vetustiorum ararum, & ut plurimum Ionicarum. Nicomachus Gerasinus lib. i. Αειθυικῆς: ἐπεριγγοὺς τοὺς ἀλλεὶς βωμίσκους περιγράφεσσον, ἀπὸ οἰκείας Εἰκόνος· οἱ γὰρ παλαιότεροι βωμοὶ, μᾶλιστα ἡ Ιωνικὴ, οὐτε θυμάτιος παῖς βάθη, οὐτε σωματιφόρος παῖς μήκει ἢ σχέχοσσον, οὐτε τὸν βάσιον τῇ κορυφῇ, διὰτὰ πόδια Εἰονές οὐταλαμβάνοι τὰς Διαδάσσοσσον. non poterat melius huius aræ figura describi. Huiusmodi vero numeri αἱροῦνται non tantum βωμίσκοι dicebantur a forma τῆς Ιωνικῆς βωμίσκων· sed & σφικίσκοι & σφινίσκοι. tales enim σφίνες secundum eumdem Nicomachum, τεκτονικοὶ τε τὰς οἰκοδομικοὶ, τὰς χαλκευτικοὶ, τὰς οἱ τὸν διῆγαν περγαλαν πλάσαντα, ἀπὸ ὀξυτέρου ἀκρας Διαδάσθησαν πλακάχηλοι τὰς αὐτοὺς πλαστικῶν διορθίσασσον. σφικίσκοι etiam hi numeri ἀνισόπλαθει sunt appellati, a forma σφικῆς, id est vesparum, quæ ventrem substrictum habent & in medio sunt graciles. sic σφικίσκοι appellabant homines, media, ut dicebat Ennius, *regione cracentes*: quos cingulos voca-

vocabant Latini. Festus: *Cingulos appellabant homines, qui in his locis ubi cingi solet, satis sunt tenues.* Græci σφικοὶ & σφικίσκοι appellant, τὰς λαγαρεῖς τῆς σώματος αἱ Σερπότες τὰς & περικοιλίους. ita enim scribendum apud Hesychium. σφικοὶ ad verbum sunt cinguli. nam σφικιῶν est cingere, & σφικίσκοι δεσμοίς. Nicomachus: παιδίσκος γάρ τὰς ὁ τὸν σφικῖον ὄγκον ἀποσφιγγόμενος κατὰ μέσον, τὰς τὴν λεχθεῖσθαι ὅμοιότητα ἐμφάνισε. ταῦτα πολὺ Εἴκης τὰς δια σφικίσκοις ὁμοιότητας. ἔνθα γάρ αἱ ἀποσφιγγή τὴν τὰ σφικοὺς στερεῖς μικρεῖται. cum enim fascia aut cingulo constringimur, ea parte graciliores & exiliores reddimur. Talis igitur ararum Ionicarum facies, pressis & extenuatis lateribus, nec fronti nec basi æqualibus, ut nec frons, nec basis inuicem sibi latitudine respondent, ut plane videre est in hoc & sequenti βωμίσκῳ. Sed & cunei fabriles lignei ferreique ad hanc effigiem fiunt. in acumen enim desinentes ea parte qua in materiam immittuntur, in latitudinem progrediuntur, mox in medio strictiores ex parte qua tenentur, ad summum in latius crassiusque caput exeunt, ut ex Nicomacho supra testigimus. Sed hæc de figura satis: nunc ad expositionem veniamus, quam non adeo facilem, non verbis tantum suis declarauit vir ille, quem dixi, doctissimus, verum re ipsa clarius ostendit. Sententiam huius poëmatij nullo modo assequutus est. Sed nec eius obscuritatem dissimulat Lucianus, qui loco supra nobis adducto, Alexandræ Lycophronis, poëmati omnium tenebriscofissimo illud com-

parare non dubitauit. Ara igitur hæc Musarum est, quæ sic loquitur: *Non me victimarum niger sanguis imbuīt, vt purpura vel sanguineo purpura liquore vestis tingitur.* Seceſpītæ vero Naxia cote terſæ ſamia- teque abſtinēt pecudibus: quas vocat πάμα Γαρός. hoc est, nullæ vietimæ in hac ara ceduntur, nec vertiginoso fumo, viscus manans ex arboribus Arabicis, fuſcat me atque atram reddit. hoc est, nulla mihi tura impo- nuntur, aut odores Sabæi heic adolentur. Μύθος γέροντος ἀεὶ θύος, vt ait ille. *Aram me vides, nec auri lateribus, nec argenti glebis compactam.* nec vero mihi comparanda sit ara illa quam ex caprarum corni- bus struxit Cynthius Apollo. Nam cum Gratiis fabri- cauit me nouenarius Musarum numerus, quibus dedit Iuppiter artem nunquam interitaram. Tu autem qui bi- bis ex fonte, quem fodit Pegasus, iſtic sacrifices et liba- menta fundas, Hymettio melle longe mihi gratiora dul- cioraque. Audenter vero ad me accede: sum enim pura ab venenatis monſtris, qualia occultantur in illa ara: quæ circa Neas Thracias, prope Myrinam urbem extat, quam tibi o Minerua dedicauit, aurei arietis vel potius velleris raptor. Hic totius aræ ſensus, quem mox per par- tes explicabimus. at quam longe abierit vir ille incomparabilis, dici non potest, qua emendando, qua exponendo. Aram quidem Musarum Athe- nis in Academia fuiffe refert Pausanias in Atticis: ἐσι δὲ Μουῶν τε βωμὸς καὶ ἔπειρος Ερμός. sed de ea mi- nime heic loqui vult Dosiadas, immo omnia quæ heic de ara Musarum dicuntur, non ad aliam aram referri debent, quam ad hoc ipsum poëmatium in-

formam aræ factum, quod Musis & Gratijs adiu- uantibus compofuifle & ipſis dedicaffe testatur. Nunc ſingula videamus.

Ολὸς οὐ με λίθος ipaf] Emendabat Scaliger: ολκὸς οὐ με λαζηρὸς ipaf]. sed versus hanc emendatio- nem respuit. ολὸς proprie eft atramentum ſepiae, qui & θολὸς dicitur. heic vero μελαφοειδῆ pro victi- marum ſanguine ponit. λίθος autem nigrum ſignificat. Hesychius, λίθον, σχετικὸν, μήδην. Sed & λίθος idem apud vetustiores Græcos ſignificaffe vi- detur. Hinc Λίθοes enim vocati quod nigri eſſent. ſic & Μάλιθος eos populos vocarunt Græci ab ea- dem ratione. nam μάλιθος & ἀμαλιθός nigrum eſt, οὐ σχετικόν. a voce autem λίθος quæ nigrum denotat, λίθιαι dictæ ſunt, ſitulæ quædam nigræ quæ in fe- pulcris collocabantur. Hesychius: λίθιας τὰς μήδηνας ιδοὺς τὰς δέ τοις τέφους τηγανίας. Suauiter nugaba- tur nescio quis Græculus qui Glossas aliquot ad hanc aram adſcripferat. nam μήδηος heic iunctim legebat, exponebatque, μήδηος ο τὰ μήδην βιβρώσκων.

Λιθαδεων οῖα καλχω] καλχω purpuram vel herbæ genus interpretantur Grammatici quæ pur- pureo colore veftes inficit. Hesychius, καλχη πορ- φύρα καὶ βοτδίους μήδηφορον. Etymologicum magnum in voce Καλχας: ή τοῦτο δὲ καλχη διαμετέρει τὸν βο- τδίους δι τοῦτο δι πορφύρα βαπτεται. & hæc quidem nota ſunt; illud non item, herbam illam quam Græci καλχω, Latinos caltham vocare. nam caltha ex Græco καλχη, quod Siculis erat καλη. nam δι in κα- & contra illi mutabant. vt ὄρυχες pro ὄρυθες. &

similia. κάλχω autem caltham esse ex Dioscoride vincam. Is lib. III. cap. C L V I. βόφθαλμον, οἱ δὲ κάλχων καλοδοῖ. sic enim legendum est, non ut vulgo κάλχαν. Veteres autem Grammatici uno ore caltham βούφθαλμον esse interpretati sunt. Auctor antiquarum glossarum: *caltha*, βούφθαλμον. &c., βούφθαλμον αὐθοις Εἰδος, *caltum*. Dioscorides lib. IV. de Chrysanthemo quod cum Buphthalmo quidam confundunt: χρυσόβουθμον ή χάλκη. οἱ δὲ βούφθαλμον. χάλκη transpositum pro κάλχω. nam & χάλκην quoque dicebant. Hesychius, χάλκη, πορφύρα. Sic certo certius κάλχων esse caltham. quod alibi probabimus: non enim hæc sunt huius operis aut loci. κάλχω autem non pro purpura, sed pro veste, quæ purpura inficitur, accipio. Non me, inquit, *sanguis victimarum tingit, quemadmodum sanguineis liquoribus imbuitur vestis.* κάλχω enim, non tantum πορφύρα exponunt Grammatici, sed etiam Διφθέραν. Hesychius: κάλχη πορφύρα, Διφθέρα, βοτδίον αἴδοφορεγν. & ita hoc loco placet accipi.

Μαύλιες δι' ὑπὸθε] Μαύλια heic δύπτη τῷ κοπίδῳ posuit quibus victimæ mactantur. μαύλις μάλχαρα καὶ η μισθῷ τῇ ποιοδῷ. ita legendum apud Hesychium.

Παμιάτων] Melius παμιάτων. sic πολυπάμια, & πέπαμια. in vulgatis tamen editionibus fere semper πολυπάμια & πέπαμια scriptum habetur, vi- tiose.

Παμιάτων φείδοντες Πατοὺς] In vetusto libro, φείδοντες scribitur, & supra repositum, φείδηται, quod ad

sensum quidem melius videtur, sed illud φείδηται versus modulo magis congruit. Nam in Trochaeorum tertia sede raro pedem alium, quam trochæum collocant. itaque legendum putarim φείδηται pro ἐφίδηται, id est, abstinuerunt: vel φείδηται. quod verum esse puto.

Οὐ τροβίλω λιγνή] Ita reposuimus pro eo quod erat in veteri codice, τροβίλω λιγνή. Cauie sis autem strobilum pineum heic accipias cum magno viro, & fructum pro ipsa arbore. Fumum enim intelligit quem tus exhalat, cum in ara incenditur: qui quod vorticinosis flexibus, & quibusdam quasi spiris & conuolutionibus contritus in auras eat, τροβίλω eum θηθείκως appellat. καπνος τροφῆγας poëtae vocant. τροβίλω vero συτροφεων ἀγνώστη interpretantur Grammatici. hinc τροβίλων contorquere, & conuolue-re. τροβίλω λίγνα dixit, vt Ion poëta Erinaceum τροβίλων, qui in orbem se conuoluit:

τροβίλως ἀμφάκηδον Εἰλίξας δέμας.
ita legendum. vulgo ἀμφ' ἀκηδῶν. ἀμφάκηδον δέμας, spinis vndique obsitum. τροβίλων λίγνα Plinius explicat lib. XI. cap. I. vbi de vnguentis loquitur: Iliacis temporibus non erant, nec ture supplicabantur. Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo conuolutum nidorem verius, quam odorem nouerant. fumo conuolutum nidorem, ex illo Homericō est, — τὴν κυάσθη βίασονδίν τοῖς καπταῖς. τροβίλων λίγνα conuolutum illum odorum qui in ara accendebantur, fumum heic vocavit Do-gadas.

I^χōs δύάδης μήγαντι τεχνέων με Νοσίων] Nemo non intelligit per i^χōν δύάδην τεχνέων Νοσίων, *tus* designari. Viscosum enim illum, & lendum humorem qui ex turis arbore manat, i^χōν heic vocari certissimum est. *spuma pinguis* Plinio dicitur, cap. *de ture & arboribus turis.* *tus* autem in Arabia nasci, non nisi pueri docendi sunt. hinc Νοσίων τεχνέων i^χōs heic vocatur, a Nysa Arabiæ monte. *πέρχος* vero & *τέχος*, nam vtrumque dicitur, φυτὸν, βλαστόν, καίδον, σέλεχος interpretantur Lexicographi.

Eis γάρ Βαμὸν ὄρης με μήτε ταχύεσσι] Versus hic debet esse phalæcius cum sequentibus aliis duobus. non dubium est igitur extra legem tédi. Vitium hæret in voce ταχύεσσι. vocem esse Persicam heic vetus Scholiares annotabat, & aurum significare. an verum dicat nescio, non enim Persice didici. versus nihilominus laborat. effet aliquid si legeretur τάχη aut τάχε. tunc enim legi metricæ ratio constaret: τάχη autem, vel τάχειos aurum Persice significaret. Sed tutone credi potest illi Græculo? αἰχνῆς apud Hesychium legitur pro Aurora vel Lucifero, & verbum Cypriorum esse tradit: Αἴχνης ὄφειος, οἱ Κύπροι. ἡ φωσφόρειος. ita enim scribendum. quid si αἰχνῆς etiam aurum significauit? sic enim Auroram ab auro videntur Latini deduxisse. αἰχνῆς pro eodem legitur apud Apollonium lib. I V. vbi doctus interpres, πότι τῆς αἰχνῆς deriuat: pro quo αἰχνῆς Hesychius, absque dubio legit in illo poëtæ loco. Quid multis opus est? versum istum sic ego legendum, ac constituendum censeo,

Eis γάρ Βαμὸν ὄρης με μήτε γ' αὐχεῖ

Πλίνθοις, μηλ' Αλύβης παχύτα βώλοις.

αὐχεῖ vox prisca, quæ Græcis idem quod χειρός. inde Latinis *aurum* suum. Hypsicles apud Festum αὐχεῖ Græce ab inuentoris nomine dictum esse prodit. Hinc ηοσανεῖς vbi aurum reponitur. Vtvt est, aurum heic intelligi debere satis constat. Massas autem auri apud antiquos in lateres redigi solitas notum est. hinc αὐχεῖ πλίνθοι Dosiadas heic vocat, & χειρὶς πλίνθοι apud Herodotum de Croeso. Varro apud Nonium:

*Ludon fluens sub Sardibus flumen tulit
Aurum, later quod conquadrauit regius.*

Idem de vita Pop. Romani lib. I I. nam lateres auræ & argentei primum conflati & in ærarium conditi.

Mηλ' Αλύβης παχύτα βώλοις] Hoc est, argenti glebis structum & compactum. notus Homeri versiculos:

—— οἱ Αλύβης ὅτεν δρυμέου ἔτι θυέθαι.

hinc Αλυβῖδα κελέεις Euphorion vocat argenteum poculum apud Stephanum, οὐδὲν εἰδυκῶν.

Ος μὴ τὴν κελέεις Αλυβῖδα μοῖῶν ἀπονείσῃ.

φυτέσι τὴν δρυμέην. Vide Strabonem & Homeri interpretes.

Λαζῶν οὐ μητέδην κέρα] Ita scripsimus cum in libro esset, λαζῶνται: ζῆμα autem ταῖς Ζοημαρίνοις, cum præcedat, Κωδονίης φύται. nam dicendum fuerat λαζοῦται. sed refertur ταῖς Ζοημαρίαι Απολλωνι. De ara cornea Deli omnia iam vulgata. Glossæ ad hunc locum: Κωδος ἢ οὔρα Δηλας οὔρα κεραίνος βαρύς. Λέγεται ἢ σὺν δέξιων κεραίνονται πεπλῆται

τὸν Βωρὸν μένον, ὃν οὐ διπέρας, οὐδὲκέφασ.

Οὐαὶ νέμονται Κυνθίας] Scribendum Κυνθίας. αρε-
φὶ Κυνθίας διεγίον. ex caprearum Cynthiarum cor-
nibus structam in Delo aram ab Apolline scribit
etiam Callimachus:

Αρτεμισ ἀγέωνας τε κεράτης σιννεχὴς αἴγαν

Κυνθίαδων φορέοντεν, οὐδὲ ἔπλεκε Βωρὸν Απόλλων.
sed Κυνθίας non muto.

Σὺν οὐρανοῦ γὰρ οὐχέρεις] Οὐρανοῦ οὐχέρεις Gra-
tias interpretatur heic vetus Scholiaates, & ego
cum illo. Gratias Cæli filias heic fingit, quas alij
Iouis & Eurynomes esse dixerunt. Sed & sic οὐρανοῦ
ἔκχεοι fuerint, siquidem Iuppiter Saturno, Satur-
nus Cælo natus, secundum veteres Theogoniæ
auctores. Magis tamen est, vt aliam Theogoniam
sequatur, quæ Gratias Cælo filias asserat, vt de A-
more, & Musis, quarum non una θεαλογία refer-
tur apud priscos Theologos.

Εἰναὶ μὲν ἔτενε γυμνὸς] Hæc γυμνὸς Εἰναὶ, sunt
nouem Musæ, quas γυμνὸς inde dictas credere pos-
sumus, quod earum mater Mnemosyne, Cæli &
Terræ filia fuisse dicatur apud Hesiodum in Theo-
gonia. Sed verius ex eo γυμνὸς interpretari quod
secundum Musæum duplex fuerit Musarum θέσις,
vna vetustiorum, & Saturno coæqualium, Cælo &
Terra genitarum; altera recentiorum, & Iouis ac
Mnemosynæ filiarum. Hoc me docuit doctus A-
pollonij Scholiaates initio lib. III. εἰς τοῖς Εἰς
Μυσῶν ἀναφεγγόμενοις δύο ισορροπίας θέσις Μουσῶν.
Φρεσούτερων δὲ μὲν τῷ Κεφίτῃ θεομήκοντερον, δὲ τῷ

Ἐκ Διὸς καὶ Μημφοσών. idem de Amore, ac de Gra-
tiis quoque dicendum.

Τάων οὐ δεῖχω τέχνων] Τάων, nempe Μουσῶν.
ταῦτα δὲ σημαντικόν. non enim ad Εἰναὶ refertur, sed
ad Μουσαῖ.

Ενδοσε πάλμως ἀφΗτων] Hoc est Iuppiter, Deo-
rum immortalium rex & pater. πάλμως eadem no-
tione apud Lycophronem, nisi fallor, usurpat. Hesychius: παλμως βασιλεὺς, πατὴρ, οἱ δὲ πάλμως.
sequitur apud eundem: Παλμίτης Αἰγαῖος Θεὸς, sed
perperam pro Παλμύλης, vt alibi dicemus.

Σὺν οὐ πιὼν χρήνητει ωντινος κόλαψις Γοργόνος] Noli
de fonte Pirene dictum accipere, sed de fonte He-
liconis, quem percusso vngula saxo Pegasum ape-
ruisse, tam notum est, vt nihil notius possit esse:
vt & notissimum, Gorgonis filium equum Pega-
sum apud poëtas iactari.

Εἰς ἐρυλι πεντέν] Ita vetus liber. sed legendum:
εἰς ἐρυλι πεντέν. sunt enim anapæstici.

Οἰα κέκεντος οὐφὶ Νέας Θρησκίας] De ara
Chryses intelligit, iuxta quam a serpente percussus
est Philoctetes. Dicit igitur hæc ara Musarum, pu-
ram se esse a serpentibus, & tuto ad ipsam quemuis
accedere posse: nullum enim a serpentibus esse pe-
riculum, vt in ara Chryses in qua serpens deli-
tescebat, qui Philocteten percussit, cum proprius
ad eam accessisset. Rectum igitur Νέας, nec corri-
gendum νέοις. Νέα insula iuxta Lemnon, in qua
fuisse aram illam, & Philocteten iustum a serpente
quidam volunt. Stephanus οὐδὲ έθνικῶν. Νέα νῦν

πληνοίον Λήμνῳ ἡ Φιλοκτῆτης καὶ τίνας ἐδίζην ὑπόθεσις.

Οὐ γέδειται Muelvns] Muelvn vrbs in Lemno insula, de qua heic accipiendum. est enim & alia τῆς Αἰολίδος.

Σοι τειπάτωρ πορφυρές Φῶρ αἰένηκε χριοῦ] Aram illam Chryses ab Iasone fuisse conditam præter auctorem βωμίσκου, quem mox explicabimus, etiam testatur Philostratus in Philoctete his verbis: *αιαπλέοντες Εἰς Τεγίας οἱ Αχαΐοι καὶ περιχόντες τὰς νήσους, ἐμαστεύοντες τὸν τῆς Χρύσους βωμὸν, οὐ Ιάσων ποτὲ ιδρύσατε ὅπε εἰς Κόλχος ἔπλει. Φιλοκτῆτης τε τὸν τῆς ξών Ηεράκλει μνήμην τὸν βωμὸν τοῖς ζητοῦσι δίκαιοις, ἐγέρειν δύνατος αὐτῷ τὴν ὕδρα τὸν ίὸν εἰς θάτερον τοῦ ποδὸν, οἱ μὲν ὄπις Τεγίας οἱ Αχαΐοι τέλλονται, οἱ δὲ Λήμνῳ Τεύτη κεῖται διαβόρα, φησὶ Σοφοκλῆς, κατεστάξων νόσῳ τὸν πόδα. Iam intelligimus quis ille sit purpurei fur arietis, & quis ille purpureus aries. Nam de Iasone capiendum qui vellus aureum furatus est, nemo iam non videt. Purpureum autem arietem heic vocat, non illū aureum in quo fatum Mycenarū erat, quem Atreum surripuisse volunt poëtæ, sed arietem quo Phryxus in Colchos delatus est, seu potius eius vellus. quod aureum quidem plurimi esse dixerunt, quidam vero purpureum, alijs etiam album. Scholiafestes Apollonij ad lib. i. v. πολλοὶ δὲ χειρῶν Θεός Εἰρήνας οἵς Απολλώνιος ήκολούθουσεν, οἱ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λαβκός, ποτὲ δὲ πορφυρών. quod valde velim notari: Simonidem modo album, modo purpureum in suis poëmatiis hoc vellus appellatauisse. Qua de re sic*

ego sentio; non nouam quidem & aliam à vulgata de hoc ariete fuisse Simonidi opinionem, nec quem aurcum uno fere ore omnes prædicassent, ipsum aut album aut purpureum existimasse, sed λαβκὸν καὶ πορφυρών sic usurpare, vt poëtis mos est cum aliquid eximie pulcrum designare volunt, vt quum auream Venerem vocant, eandem enim & *purpuream* appellitarunt. Marius Victorinus in libro de metris citat hunc Pæonicum versum:

Ver agere purpurea te Venus amoribus diua pollens iubet.
Apud eumdem etiam hic purus anapæsticus citatur:

Nitet aurea purpurea Veneris coma, roscida lactea ceruix.
Sic etiam purpureum Amorem dixerunt. Ouidius:

In me purpureus tela resumpsit Amor.

sic & χρυσων σόμα & πορφυρων σόμα, pro ore pulcro. Simonides: πορφυρές δέπο σόματος οὐχ φωναὶ πορφύρος. nec aliter *purpureum* os Horatio. sic πορφυρέα ἔρν Pindaro, μὴν ἀγλασμόν. μὴν Θεόνος τε κόμιδη πορφυρέοις ἔρνεσ. sed & purpureum & album de eodem ita videtur dixisse Simonides, vt Horatius *purpureos olores* dixit pro candidis: & Albinouanus, *purpuream niuem*. Purpureus igitur huic Dosiadæ & Simonidi est, qui aureus ab alijs passim vocatur, quem & λαβκὸν idem Simonides vocauit. Scholiafestes Euripidis: τῷτο οἱ μὲν ὄλέχευσσον ἔτι φασίν, οἱ δὲ πορφυρών. καὶ Σιμωνίδης δὲ τῷ Γοσθίδηνος ὑμαῖ, δέπο τῷτο τῇ θαλασσῃ πορφυράν κεχειμάσαν μῆλο λέγει. sic ἀγιπόρφυρον vellus illud fuerit Simonidi. Ut ut sit, πορφύρεος χρίος, heic μὴ χειρόν positus. Sed hæc plus

satis de purpureo, siue aureo vellere: nunc restat quærendum quis sit hic τειπάτωρ cui aram dedicasse fertur Iason. Τειπάτωρ Mineruam appellari opinor, non ob aliam rationem, quam quod Τειλόχια alijs poëtis passim dicatur, de cuius appellationis causa consulendi veteres Grammatici. obiter tantum admonere velim corrigendum, & suppleendum in hac voce Etymologici magni auctorem. ubi enim sic vulgo habetur, Τειλόχια li Αθηνᾶ, ἢ τοι ὅτι ἐκ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς τῷ Δίος εἶναι λέγεται, ἢ ὅτι αὐτή ταῦτα Τειτωνι πολεμῶ γέγονε, ἢ ὅτι τείτη μῆτρα Αρτεμιν καὶ Απόλλωνα ἐγένεται. duo illa, ὅτι ἐκ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς, non possunt sola constituere rationem nominis τειλόχια. tertium igitur deest, quod plenum habet Suidas hoc modo, ὅτι ἐκ τῆς υπόδυσος καὶ τῆς μήτρας καὶ τῆς κεφαλῆς. Sed quod sequitur apud eumdem Suidam, τειτώ γέροντος καὶ θραύσατο, expungendum est, alio enim pertinet. sed hæc Grammaticalia plane sunt, id est inepta. Vnde vero τειλόχιος nomen habeat, τειπάτωρ eadem notione censeri hoc loco existimo, & Mineruam eo nomine significari. Non ignoro τειλόπαθες Glossographis exponi, ἀνέμοις ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς γένουμδους καὶ τῆς θυέσεως σφραγίδες, quos & τειλόπαθες & τειπάτεις nominabant. sed huc non pertinere item scio.



ΒΩΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ημέσερος με σῆς
Πόσις μέροψ δίζεσ
Τεῦξ οὖ σπαδόνυας ἵνις Εμπούσας μόρος
Ταύχροιο βουύτα καὶ κυνὸς τεκμώματος
Χρύσας αἵτες ἀμος ἔψινδρα
- Τὸν γυμόχαλκον θύνον ἔρραμον
Οὐ ὠπάτωρ δίσεων
Μόρης μητέρριτος
Εμόν δὲ τεῦξιν ἀνθρίσας
Θεοκείτοιο κτενίσας
Τελεσπέργοιο κανίσας
Θωύξας αἰνίξας
Χαίρεται γέροντος ιω
Συργαστρος σκιδόνυμος
Τόνει Ειλινεῦντος αἱριφικλύτω
Πανός τε μαχίσ θύνεται φώρ
Δίζων, ἵνις οἱ μάνδροισθράτος ινοράσται
Ηρ' αρδίω Εἰς Ταύχριδην ἀγαγεν τείπορθον.



CLAVDII SALMASII

NOTE.

Aec ara non minus habet obscuritatis, & in exponendo difficultatis, quam superior, immo etiam aliquanto plus. quod satis hactenus testificati sunt doctissimi viri qui operam ad erendum eius sensum contulerunt, & hoc tantum adepti sunt, ut frustra laborasse, & operam omnem lusisse merito dici queant. An non hoc magnum obscuritatis eius argumentum, quod nihil in ea videre potuerint, principes in his literis viri? Iohannes Auratus ætatis suæ vir Græce eruditissimus, huic tenebricoso παγγίῳ primus admouit manus, qui se & tenebras, quibus inuoluebatur, densissimas discussisse tum putauit, & doctis hominibus hactenus persuasit. inter quos Gulielmus Canterus non dubitauit interpretationem eius pro vera venditare, & calculo etiam suo confirmare. Sed quantum vtrumque fugerit ratio, rem ipsam auctorem dabimus. Sic enim veterem huiusc poëmatij editionem interpolauerunt, ut de facie quan noscebatur, nullo modo amplius agnoscendam reliquerint. quales autem has mutationes esse dice mus, μοντὶς pro μεγάλος, quod prius legebatur: & ὁ διόροος δύσκολος, pro, πόνος μέρος δύσκολος, ut vetus

CL. SAL. NOTÆ AD ARAM SECUNDAM. 143
habebat editio? & de integro iambico versu: τεῦξ οὐ
ανδρῶν ἵνε εὔπονος, dimidiatum facere hoc pacto:
ανδρῶν ἵνε εὔπονος? & hæc tanta ac talia pecca uerunt, vt ei sententiæ, quam veram esse somnia bant, verba ipsa accommodarent, vel potius eo inuita pertraherent. Hinc non mirum ex falsis emendationibus, interpretationes longe falsiores natas. Nos nihil prius habuimus, quam veterem lectio nem restituere, vt in antiquis editionibus visitur, & manu exaratis exemplaribus. Eméditiones etiam aliquot nostras in contextum recepimus, quarum rationem suis locis reddemus. Auctorem quidam faciunt, Theocritum, alij Simimiam: neutrum fuisse puto. Dosiadæ ascribebant veteres membranæ Pa latinæ, quæ hanc inscriptionem basi subscriptam habebant: Δωσιάδα βωμὸς ὁ εἴσατε Μουσαῖς οὐ γὰ. Sed ad superiorem aram hunc titulum pertinere supra diximus. Dosiadas autem hic Rhodius, quod monere omisimus, cum de illo ageremus. nam sic in Oui titulo scriptum reperi: Βηστύλιος Ροδίς ὁν, ἦ
Δωσιάδα ἦ Σιμιών. ἀμφότερι γάρ Ρόδιαι. Sed dicet aliquis, nihil prohibere quominus hic βωμίκος Dosiadæ quoque attribuatur, ut & præcedens. Sane ex fine præcedentis aræ videtur istius, quam nunc in manibus habemus, argumētum sumptum, ut siue idem huius sit auctor, qui & superioris fuit, siue alius, ex postremis aræ Musarum verbis, hanc aram fingendi occasionem ceperit. Cum enim aræ Musarum in fine vel basi sic loquatur, tuto ad se adiri posse, quod illa serpentum venenatorum pro-

digia non celet & occultet sub se delitescentia, vt Ara illa quam Iason prope Lemnon insulam struxit & Mineruæ dedicauit. Auctor iste quisquis est aram illam ab Iasone structam, ad exemplum Aræ Musarum composuit, & hæc ipsa est quam sic loquenter induxit: *Me viraginis & semimasculæ mulieris maritus condidit eo loci quo Achilles Thetidis filius ab Apolline occisus est, &c.* quæ nos paulo post singillatim explicabimus. Nam hæc omnino est ara Chrysæ quam Iason condidit. sed ne vtriusque βωμίσκου eumdem auctorem existimem facit quod in illa quam priore loco posuimus, Ara Iasonis in Chryse prope Lemnon statuitur: in hac vero auctor Chrysem Lemniam cum Chrysa Troica confundat, in qua Apollinis Sminthij templum & ara ad quam occisus Achilles ab Apolline & Paride memoratur. At in Chryse quæ circa Lemnon, non Apollini sed Mineruæ ab Iasone ara dedicata est. Facilius igitur nobis est, cuius non sit hæc ara, quam cuius sit auctoris, affirmare. Sed iam tempus est, vt ad singula verba exponenda accedamus, nam in verbis fere tota huius γειφου obscuritas versatur.

Hμέντος με σταγα πόσις] Neminem dubitaturum arbitror, quin recte reposuerimus, *λιψόντος* pro *Εἰπούσοντος*, quod in vetustis editionibus erat, & scriptis codicibus. *λιψόντα* autem *στάτην* vocat Medeam, quasi *semiuiram* dixeris, & *semimasculam*, quia cum femina esset, ea facinora fecerit, quæ sexum superaret, & in animum muliebrem vix caderent. Sic *mascula* Sappho Ausonio & Horatio, quod animo plus

plus quam muliebri sese ex Leuate monte præcipitem dedisset. *λιψόντος* igitur *στάτην* Iason heic intelligi debet qui Medeæ maritus fuit.

Μέρη] Quare *μέρη* Iason appelletur, quærendum. *μέρη* Theocrito Echo vocata est, quod *μέρης τῆς ὄντος* reddat, non totam. *μέρης διδεσποιητὴς* οὐδὲ *μεμειρούμενος ἔχει τὸν ὄντα*. An *μέρη* heic Iason dicitur, quod fidem Medeæ non seruarit, quasi bilinguem dicas & non vnius oris ac vocis hominem, sed perfidum, & promissis suis verbisque minime stantem, οὐδὲ *μεμειρούμενος ἔχει τὸν ὄντα*? an vero *μέρη* pro Theffalo positus? Nam Triopas ex Thessalia in insulam Coam commigravit, cuius Triopæ filius Merops, vnde Meropes Coi dicti. at heic *Μέρη* pro Theffalo posuit, siquidem Merops oriundo vere Theffalus fuit. Iason autem Theffalus. Quid si *μέρη* simpliciter, & vulgari sua notione accipimus pro homine, vt *μέρη* δικῶν, hominem iuuentuti restitutum, seu bis iuuenem factum intelligamus? Minus tamen hoc ultimum probo, nam nullum pæne verbum vacantis & otiosæ significationis in hoc poëmatio reperitur, sed omnia sunt αἰνῆματάδην. Magis placet, vt *Μέρη* pro Theffalo accipiamus.

Δικῆος] Vetus editio legebat, *δικῆος*: nos *δικῆος* fecimus, ita postulante versu. viri docti reposuerant *δικῆος*, vt de Troilo intelligeretur. Sed eam opinionem satis refutauimus. *δικῆος* autem Iason vocatur, quod a Medea in iuuentutem restitutus sit, vt Pherecydes & Simonides testaban-

tur: quod alij de Æsone ipsius patre dixerunt, quem Medea recoxisse & senio absterto iuuentæ reddidisse fertur. Scholia stes Euripidis in Argumento Medæ: Φερεκύδης ἢ καὶ Σιμωνίδης φασὶν τὸν Μήδηα πενθῆσθαι τὸν Ιάσονα νέον ποιόσθε. οὐδὲ δὲ τὸ πατέρος αὐτοῦ Αἴτορος ὁ τοὺς νέοὺς ποιόσθε φυσίν οὔτε τοις. Vide versus. Hinc igitur Μέδεα τὸν Ιάσονα Iason.

Τεῦχος τὸν Κίλλαν] Pro ᾧ quod habebat membranæ & vetus editio, ἢ, mutato tantum accentu reposuimus. Sententia hæc est: *Semimasculæ mulieris maritus Thessalus, bis iuuenis, id est Iason, ibi me posuit et struxit, ubi Achilles Thetidis filius a Troiano Hecuba filio, id est Paride occisus est.* De ara Chrysæ, quam struxit Iason cum iret ad Colchos, diximus in superioribus. Heic author manifesto cōfundit, Chrysen quæ ad Lemnon, in qua posita, & dedicata Minervæ ara ab Iasone, cum Troica Chrysa, in qua colebatur Apollo Sminthius, in cuius templo ante aram occisus est Achilles. Idque adeo clarum & apertum est, ut probatione non egeat. Sed neminem, Chrysen Lemniam & Troicam ab hoc auctore confundi, sciendum in eodem errare versari Stephanum τοῦ Εὐστάθου. sic enim scribit: Χρύση, βαρυτέρως, τῇ πόλις τῷ Απόλωλος, ἐγένετο Ληνος. Σοφοκλῆς Ληνίας.

Ω Ληνε, Χρύσης τῷ αἰχτέρμονες πάγοι.

καὶ τοῖς Αἰχμαλωλίοις,

Ταῦτα ἔγειτο Χρύση τῇ Κίλλᾳ.

In priore versu Sophoclis de Chryse quæ Lemno vicina, accipi debere appetet ex voce Ληνε, &

ex titulo Tragœdiæ, Ληναῖα· in posteriore vero de Troica intelligendum, & vrbs Killa, quæ ibi iunctim cum Chryse ponitur, & vrbs est τῇ Τρωϊκοῦ πεδίου, & titulus Tragœdiæ, Αἰχμαλωλίδες, satis ostendunt. Nam Αἰχμαλωλίδες ibi sunt Troianæ mulieres captiuæ. Sic apud Homerum Chryse & Cilla, ut Apollini sacræ vrbes, cōiunctim memorantur, Iliad. a.

Κλῦθι μεν Δρυνούρξ ὃς Χρύσην αὐμφιβέβηξε

Κίλλῳ τε ζαθέλω —

de qua Troica Chrysa videndus Strabo lib. xiiii. & Eustathius in Homerum. legitur apud Stephanum in voce Χρύση. καὶ πάρηφαστα τῆς Ληνῆς αἰκρωτήλων, τοῖς Τέλεσι βλέπον. quibus verbis nihil corruptius. Corrigendum: καὶ τοῦ Ηφαίστου τῆς Ληνῆς αἰκρωτήλων. Ηφαίστη vrbs Lemni, circa quam promontorium nomine Chrysen collocat idem Stephanus: & sciendum est illam ipsam esse Chrysen de qua Sophocles in isto versu:

Ω Ληνε, Χρύσης τῷ αἰχτέρμονες πάγοι.

Item sciendum in illo promontorio positam esse aram ab Iasone, nullum vero ibi templum fuisse, sed aram tantum sub dio constitutam patet ex istis versibus Sophoclis in Philoctete:

Σὺ γάρ ποστις τῷ δῆμῳ δῆγος ἀντὶ δειάς τούτης

Χρύσης πελαστής φύλακος, ὃς τὸν αἰκαλυφῆ

Σπηλὸν φυγέσας χρύσιος οἰκουρεῖ ὄφις.

Sic igitur statuendum est, nullam vrbem fuisse Chrysen Lemno vicinam, sed promotorium tatum hoc nomine prope Hephaestiam vrbem Lemni: in quo promontorio collocatam aram & Minervæ

consecratam ab Iasone supra docuimus: urbem autem Chrysen in agro Troico fuisse, in qua templum Apollinis Sminthei, ante cuius aram Achilles ab Apolline & Paride sagitta confixus est, & occisus, ut narrat heic auctor huius βωμίσχου. qui tamen in eo falsus est, quod eandem hanc Chrysen putauit in qua Achilles occisus, cum promontorio Lemni, in quo ara Iasonis, quam heic loquenter induxit, & cuius figuram heic nobis exhibuit. Vehementer etiam errauit Stephanus, qui Χρύσον urbem Lemni Apollini sacram esse dixerit, cum de Troica tantum Chryse hoc verum sit, & nullam hoc nomine in Lemno vel prope Lemnon urbem fuisse constet, sed promontorium αἱ Ηφαίστου, quem πάλιν Χρύσον Sophocles appellat εἰ Δημήτριος.

Σποδύνεις] αποδύνεις cum ἐμπούσαι iungebant doctissimi viri, & de Hecuba interpretabantur: quam recte mox viderimus. ὁ αποδύνεις hoc loco est Achilles, quem eleganter sic appellat, quod eum mater, ut exueret quod a patre habebat mortale, de nocte in ignem conditum cinere calido obruebat; interdiu autem vngebat ambrosia. Apollodorus lib. III. ὡς δὲ ἐγένοντο Θέτις εἰς Πηλέως βρέφος, αἴθαλον θέλασσα ποιῶσα τῷ ποτῷ, κρύφα Πηλέως εἰς τὸ πῦρ ἐκρυβόσα τῆς υπῆρχε, ἐφθάρεν δὲ τῷ στηνῶν παῖσιν. Nota tibi illud εἰς τὸ πῦρ ἐκρυβόσα. Sic enim cineribus conditum & obrutum fuisse Achillem significat, ut solent panes, qui inde ἐκρυφίαι dicēbantur. Hinc αποδύνεις eum heic vocat auctor, quod in cinere calido scilicet cubaret, nam totam

noctem in igne positum mansisse verba Apollodori indicant.

Inis ἐμπούσαις] ἐμπούσην heic Hecubam accipiebant, ut de Troilo intelligeretur, quem Hecuba filium fuisse constat. Sed qua ratione empusa diceretur Hecuba, quæro. eam quidem in canem esse versam poëtæ passim testantur; sed quid cani cum empusa? certum est Græcos ἐμπούσην appellare, φάρμα quoddam δαγκνιᾶς, quod ab Hecate immitti credebatur, & in varias formas mutari, ut modo aqua, modo ignis fieret: nunc in serpentem, nunc in puellam verteretur: de quo consulendi sunt Grammatici, & in primis Aristophanis Scholia stes in Ranis. Hinc ἐμπούσην vocat Thetidem, quod empusa modo, in varias se verterit figuræ, ne cum Peleo concumberet, ut narrat Ouidius lib. x i. Metam. *Inis* igitur ἐμπούσαις, est Achilles, Thetidis filius.

Mόρες Τάλαρειο βούτα] Miro & nouo genere loquendi Achillem heic vocat μόρευ Παρίδης, non qui Paridem occiderit, ut Euripides, vel Pindarus, nisi fallor, Medeam appellat Γελίας φόνος, sed qui a Paride occisus sit. Sic vulnus Vlyssis apud Vergilium, non quod accepit Vlysses, sed quo alium vulnerauit:

— *εὶς vulnere tardus Ulyssi.*

Non valde dissimile est, quod Sallustius metum Pompeij dixit, non quo timebat, sed quo timebatur. de quo locutionis genere nos alibi plura.

Τάλαρειο βούτα τὴν κυνὸς τεκνώματα] Paridem heic

per Telesque Bonitatem & curiosum teatrum designari, notius est, quam ut probari pluribus debeat. mirifice hunc versum corruperant, & mutilarunt eruditum viri, dum interpretationibus suis, haec omnia ad Troilum trahere conantur. Nos lectionem, quae in veteribus excusis comparebat, & in vetustis membranis confirmabatur, restituimus, & exposuimus.

Xρύσας αἵτης ἄριος ἐψυχρα] Repetendum est aræ initium, ut de huius loci sententia constet: *Semimasculæ me mulieris maritus, hoc est Iason, ibi condidit et posuit ubi Achilles Thetidis filius a Teucro bubulco imperfectus est, iunc cum Apollo*, quem heic *Xρύσας* αἵτης vocat, *virorum decoctorem, loricatum Thynum*, id est Achillem extinxit. ita loquitur ara. Achillem autem Apollinis sagittis imperfectum quidam volunt, alij a Paride, sed eius manum telumque dirigente Apolline. Virgil.

— *direxti tela manumque*

Corpus in Aëcidæ.

Heic vero auctor, Paridem simul & Apollinem posuit, Achillis imperfectores. Nunc ad singularem vorum expositionem veniamus.

Xρύσας αἵτης] *Xρύσας αἵτης* vocat Apollinem quod in urbe Chryse coleretur: ut supra ex Homero diximus,

Κλεψί μεν ψήργυεπέ ος Xρύσων αὐμφιβεβηχες.

Ouidius:

— *Chrysēnque et Cillan Apollinis urbes.*

αἵτης autem non tantum amasium significat secundum Thessalos, sed etiam ἐρῆμον τὴν αὐρυπόλιτην.

Hesychius, αἵτης ἐψυχρος. Sed & illo τῷ ἐρωμῷ sensu non minus heic locum habere possit: quem enim Chrysa coleret, & veneraretur, hunc *Xρύσας* αἵτης dici recte arbitror. Alcman pulcras etiam & amabilis puellas αἵτης vocauit. Vetus Scholiares αἵτηδες in Theocriti αἵτην τοὺς ἐρωμῷς ἔνοι αἵτης καλεσθαι εἰς Θέρμην. καὶ γάρ Αλκμαῖος τὰς ἐπεργίους κέρες λέγει αἵτης. nisi κέρες ibi legendum aliquis opinetur. *Xρύσας* heic Dorice pro *Xρύσων*. Nam Dorice scripta haec ara. Strabo tamen etiam *Xρύσῳ* eum appellat lib. xiii. frustra igitur fuere, qui hoc loco *χρυσοῦς* αἵτης reponi volebant.

Aριος ἐψυχρα] Ita reposuimus pro εὖσ' αὐδρα, quod in vulgatis legebatur. Nam vetus Codex habuit ἐψυχρα, nos vna voce ἐψυχρα fecimus. Metaphasmus autem est pro ἐψυχρον. ut ἐρυθρατες ἵπποι, & αετοί θρησκευομένοι, ut supra notare memini. ἐψυχρα, hoc est virorum incoctorem vel decoctorem Achillem appellat, vel propter duodecim captiuos Trojanos, quos ad pyram Patrocli interfecit, & simul combussit; vel ex eo quod cum magnani Trojanorum stragem in fluvio Scamandro ederet, & Scamander aduersus ipsum ad vindicandos ciues suos, ita abundasset, ut in vita periculum eum adduxerit; Vulcanus, Iunonis instinctu, magna ignium vi fluminis impetum repressit, & anguillas, ceterosque pisces torruit, & Trojanorum cadavera, quae flumine ferebantur elixa reddidit, haud minus ac si in lebete feruente essent posita. Hinc ἐψυχρα vocat Achillem: & licet hoc ipse Achilles

non fecerit, tamen quod in eius gratiam & salutem, a Vulcano factum fuerit, cuius ipse causa fuit, quasi ab eo factum videri voluit hic auctor. & hanc veram istius vocabuli rationem puto. Nam illa de duodecim Troianis ad rogum Patrocli occisis & combustis, minus cum verbo ἐψεῦ, vnde hoc nomen compositum est, quadrat. assos enim illos, ut ita dicam, & tostos intelligi par est, qui cum Patrocli cadauere vstulati sunt. at istos elixos, quos flumen bulliens, & vi Vulcani feruens vorticibus voluebat. hinc verbum ἐψεῦδρος. Vide Homerum Iliad. φ.

Tὸν γυόχαλκον θύνον ἔρραγον] θύνον pro οὐρῷ, quod in editionibus habetur, scriptum in membranis reperi. a verbo θύω, quod est curro, & impetum facio, nomen θύνος, quod non solum cursum & impetum significat, sed etiam *impetuum*, vt loquebantur veteres, καὶ πηδηλον, & in currendo velocem. Sic πλάνος a verbo πλάνω, non errorem tantum, sed etiam erronem denotat. sic μῆνος, & qui agit histrio, & fabula quæ agitur. sic ἕρμος, & vertiginem significat, & hominem qui vertigine laborat, vel circuitorem, & vagum, & circumcursorem, vt diximus ad Herodis inscriptionem illo loco, — καὶ ῥόμος ἀλεῖται. posset etiam heic legi, τὸν γυόχαλκον θύνον, a celeritate & impetu thunni piscis, quem propterea ἀπό τῆς θύνης dictum Grammatici asserunt. Vtvt sit, γυόχαλκον θύνον Achillem heic appellari non dubitamus.

Ov. ὁπάτωρ δίστικος] Vet. editio legit ἀπάτωρ, atque ita

ita membranæ Palatinæ. viri docti reposuerunt, ὁπάτωρ nihilo melius quod ad versum: quod ad sensum vero attinet, longe peius. nos ὁπάτωρ fecimus, hoc est ὁ ἀπάτωρ, & ad versus modulum, & ad sententiæ rationem recte. nam de Paride ista dicuntur, a quo interfecit Achillem nunc refert, cum antea ab Apolline occisum dixerit. sed ex Poëta constat ab utroque fuisse interemptum. Iliad. enim τ., cum Xanthus equus mortem Achilli prædicaret, μόρσιμον illi esse dicit, θεῶς τε τῷ δέει ἦφι δαμάλιον. quod quidem semel simulque factum est: non enim diuersis vicibus Paris & Apollo Achillem vulnerarunt, & interfecerunt, sed telum misit Paris, Apollo direxit. at hic auctor vt rem cæcis ambagibus magis inuolueret, & obscuraret, prium Achillem Τάνκειο βάτη μέρος appellat, deinde ab Apolline occisum refert: deinde redit ad Paridem, & ab eodem interfecitum narrat. quæ omnia, vt dixi ad maiores huic αἰνιγματώδῃ scripto tenebras inducendas pertinent. Sed tametsi separatim narret, quod uno codemque tempore accidit, rei tamen veritas manet: nam constat ab Apolline & Paride Achillem interemptum.

Ov. ὁπάτωρ δίστικος] Απάτωρ Paris dicitur, quod priusquam esset agnitus, cum in Ida monte pastor erat, cuius esset patris, ignoraretur, ac per hoc patrem non habere crederetur: nam quis alio potius, quam quo reuera fuit, patre natus existimari potuit. Spurij Latinis dicebantur, vel Spurio patre nati, quorum pater ignorabatur. Graci ἀπάτωρ

vocant. Plutarchus: *λέγεται τοῦ πατέρος αὐτοῦ οὐδὲν*; Sic Panem *ἄπατην* vocat Theocritus in Fistula, quod ex promiscuo procorum cum Penelope concubitu creatus putaretur, atque ideo cuius esset patris, incertum haberetur. Heic vero *ἀπάτην* Paris, quod diu sine patre fuerit, priusquam agnosceretur a suis.

Δίονυσος] *Δίονυσος* idem Paris vocatur, propter Oenonen & Helenam. sed nec quare *μητέρης* dicatur obscurum est.

Θεοκριτοῦ κτλῶς [Id est Paridis, *λέγεται τὸ Θεῖον* *αὐτὸν κατίωντα*, vt notum est. at Theocritus in Fistula *καὶ μετάληψιν*, sese Paridem indiget, quod Paris *Θεοκριτός*.

Τειταρέγοιο] Membranæ, *Τειταρέγοιο*, perpetram. *Τειταρέγρη λέοντα* Herculem, nisi fallor, vocat Lycophron. causa nominis minime obscura est.

Καύτη;] Eadem membranæ, *καύτης*. vtrumque dicitur, & *καυτή* & *καυσόν*. vnde *καυτάρεγός*. sic encaustum & encaustum: & falluntur, qui mutandum censem. de quo nos alibi.

Θώξεις αἰνίξας] Ita ex veteri libro emendauiimus, pro eo quod vulgabatur, *θώξεις θώξας*. mendum tamen adhuc superest in voce *θώξας*. nam versus propter illam laborat. itaque legendum putarim: *αἴρειν θώξας*, pro *αἴρειν θώξας*. vel *θώνξας*: sed illud melius. *θώνξας*, *θηλεωδός βοῶν* exponunt Grammatici, & *θώξαν*, *χρεωγάζειν* & *βοῶν*. sed & sibilum edere significat: ac fortasse non male *θώνξας* legeretur, vt Philoctetes a serpente morsus, præ dolore vocem

eam emiserit, quæ sibilum serpentis a quo percussus fuit, imitaretur. Sane alterutram lectionem veram esse probe scio.

Σύργαστρος ἐκδύγοντος] Ita ex coniectura legendum iudicauimus, cum vetus liber legeret, *ἐκδύγοντος*. Sed eam lectionem versus respuit. *ἐκδύγοντος* serpentis aptum & proprium epitheton, nam quotannis senectutem exuunt. pro *σύργαστρος* idem liber, *σύργαστρος* retinebat. Sed coniecturam virorum doctorum admisisimus, qui *σύργαστρος* legendum probarunt, quod item serpentis proprium. Hanc vocem in veteri inscriptione reperi, sed corruptam: nam ubi vulgo scriptum est, **D I I S P A T E R N I S S V R G A S T E O M A G N O :** omnino scribendum, **S V R G A S T R O M A G N O**, quod ego de Æsculapio interpretor, quem in draconem versum, & sic Epidauro Romam aduectum satis sciunt qui in historia Romana non penitus sunt hospites: nisi cui placeat magis de aliquo genio interpretari. nam genios sub anguium effigie colebant. Ego ad Æsculapium pertinere iudico: quod alibi pluribus adstruam.

Τόνης Εἰλιεύειν τὸ αὐμφικλύτῳ] Corruptissimus hic locus circumfertur in editionibus, & scriptis libris. nam quod *γιεύειν* legitur in vulgatis, versui repugnat. *αὐλιεύειν* item corruptum, quod habent membranæ. nos *Εἰλιεύειν* fecimus. nam hic versus par & similis esse sequenti debet. *Εἰλιεύειν* autem ab *Εἴλειν* vt *ἀγνέω* ab *ἀγνώ*. *γιεύειν* etiam pro eodem dicitur.

Γαρός τε μαρτίος θύραις φάρης διέγειν] Vlyssem hæc verba designant, qui Philocteten in Lemno insula hærentem, & cum pedis dolore lucentem, sagittarum eius gratia, sine quibus capi non poterat Troia, inde abstraxit, & ad Græcorum exercitum deduxit. in quo negotio exequendo Sophocles Neoptolemum Vlyssi adiungit. alij Diomedem cum Vlysse hoc idem perfecisse tradunt, quos sequutus est huius aræ auctor.

Ινσ δὲ αὐδροφερῶνες] Vulgo exponunt, *filium hominum voratoris*, & de Neoptolemo accipiunt. hominum autem voratorem Achillem fuisse volunt, quod partim in vita sua multos homines occidet, partim etiam post mortem Polyxenam sibi mactari iussert. Sed quid ineptius, quam hominis voratorem aut comestorem intelligere, qui hominem interficerit? iam docuimus, non de Neoptolemo, sed de Diomede hæc esse accipienda, quem cum Vlysse Lemnon profectum, vt Philocteten inde accenserent, & ad Troiam ducerent, memoriae prodidere quidam. Tydei autem filius Diomedes, quem Tydeum *αὐδροφερά* heic vocat, quod bello Thebano Menalippi, a quo letiferum vulnus accepérat, cerebrum hauserit. Statius lib. viii. sub finem:

— iamque inflexo Tritonia patre

Venerat, & misero decus immortale ferebat.

Arque illum effracti perfusum tabe cerebri

Adspicit, & vino scelerantem sanguine fauces.

Et initio lib. ix. de eodem Tydeo:

— iam moribus uncis

Pro furor! usque adeo tela exsaturauimus, artus
Dilacerant. —

Euripides de Tydeo:

Eis αὐδροφερώποις λιδοῖς αὐφίξεται

Καρκίνα πυροῖς ψύχει Μεγάληπον καδός.

Ινοράσαν ήρ' σχόδιων] Ita emendauiimus, pro *ινοράσαν*. *ινοράσαν* αρδετ., quasi dicas, neruicidas sagittas: sagittarum enim proprium, cum in corpus penetrant, neruos & venas scindere.

Eis Τάκειδην ἄγαντες τείπορθον] *ἄγαντες* pro *ἴγαντες* reposuimus: de duobus enim loquitur, Vlysse scilicet & Diomede. & versus in integrum restituimus, ex fide membranarum Palatinæ Bibliothecæ.





ΣΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

Ω Ο Ν.

Χωπίας

ματέρος

τῇ ποτὶ ωὸν νέον

τεθέφρων ἐνημῆδεξο· δὲ γὰρ αἰγαῖς

πὸ μὴν θῶν εἰσέσας Ερμᾶς ἔκινε κάρυξ

οὐδὲ οὐ σὲ μέσου μυτοβάματος μέχαν πάροις αἴεξεν

οὐ θῶν οὐ μῆρθρον ὀκνεῖον τεῦμα ποδῶν αποεῖδων πίσταν

οὐδὲν οὐ μήλας τεθροῖς καθλὸν δημόσιων οὐδέποδαν οὐδέφων πίκαν

παλαικραπτοῖς οὐδὲν ἄκρων ιερόμνης ποτὶ λόφων κατὰ δρύμιας οὐδὲν πεθών

καὶ περισθέντος οὐδὲν αὐδαὶ θήρεν κόλπων δέξαρδμος θαλάμουν πυκνοῖτων

εἰ τούτοις ὀκνεῖον μεθέρπων αἴφατος οὐδὲν πάλαιον τιθεσθέντος οὐδὲν οὐδέποτε

τοῖς δὲ δάκρυσιν κατεῖσθαι οὐδὲν τοῖς οὐδεῖσιν πάλιπλοκα μετέπειτα μέτρα μολπᾶς

ρίμφα περιστοῖν οὐδέποτε οὐδένα μαθεῖν μαγέδωνς βοήτας οὐδὲν πίκαν

βλαχαὶ οὐδὲν πολινέωταν αὐτὸν οὐδέποτε νόμον οὐδὲν πανυστρίψαν τὸν αὐτὸν γυμφῶν

τοῖς δὲ αἰμερότω πόθῳ φίλας μαθεῖσιν ρώσιν αἴφα μεθ' ιμερόεντα μαζάν

16 οὐδὲν θῶν ποτὶ πασάλον πεῖδων μονόδουτον αὐδαὶ

ματέλμονες οὐκαὶ δέκατη ιχθίων πόσιον νέμοντες βιθυνῶν

οὐδὲν οὐδὲν ποτὶ φίλας οὐδὲν πίεροις μητρέσι

μαζάκα ματέλα μαθεῖσιν ωδίς

αἰγαῖς αὐδότος

οὐδείας

ἀπεισον.



CLAVDII SALMASII

N O T A.



A B E S Ouum Simmiæ, ad pristinam suam faciem & splendorem, partim ingenij fiducia, partim scriptorum librorum ope, a nobis restitutum: in quo castigando & explicando multam haec tenus sed inanem operam sumpserunt doctissimi huius ætatis homines: sed eam viam huius poëmatij, non valde alias obscuri, exponendi iniijisse videntur, vt etiam si castigatissimos codices, & integerrimam scripturam naœti essent, nunquam profecto veram interpretationis rationem tenere possent. non igitur mirandum, si tot emendationum monstra peperit falsa illa ratio, quam ad hoc ouum explanandum adhibebant: hinc factum est, vt non lucem ex tenebris, sed ex luce tenebras dederint, ipsique se in laqueos induerint, in quibus adhuc hærerent, nisi ego soluissem. Cum igitur a primo versu ad ultimum, a secundo ad penultimum, & ita deinceps, progrediendum esset, vt in eiusdem Simmiæ securi, vulgari & solito ordine, τὴν αἰγαῖων facies instituerunt, a primo ad secundum, a secundo ad tertium, & ita usque ad finem, & ultimum. Qui versiculum procedentes. ex qua αἰγαῖων ratione

tantam insequi perturbationem fuit necesse, ut idoneus inde sensus elici nullo modo potuerit. Atqui iam olim Hephaestion in libro *περὶ μέρων* eum quem supra diximus ordinem sequendum in istius ludicri poëmatij lectioне indicarat. Sic enim ille scribit in Enchiridio: *ἀνθεῖνται δὲ οὐαὶ καὶ θεοὶ μὲν γέγονται, οὐδὲ τοι γέγονται αὐτοὶ ταῦτα κατέβαλμέται ἀλλά τὰ δικαιρίατα· ἀλλὰ δὲ ταῦτα οὐ ποτὲ τέλοις, ταῦτα δέ ταῦτα οὐ ποτὲ τέλοις αὐτοῖς.* Θεοὶ τείτοις τέλοις, ταῦτα τέλοις, οὐ δέ τέλοις λατητῶν οὐτοῖς. Ταῦτα δὲ ταῦτα ιδεῖς δέται δέ τὸ Σιμμίανον αὖτα παίνει. Idem alio loco: *ἀνθεῖναι δὲ οὐδὲν ὅποτερον ὃ ποιητὴς γεάφη ὅποτε δέ ποτε καλεῖται οὐδὲ βούλεται· εἴτε πούτων μητροποτῶν μὲν ταῦτα τελευταῖσι δέ πορστον, ταῦτα δέ τέρπεις οὐ ποτὲ τέλοις δέ διπτερον, καὶ οὕτω πανταὶ κατέται τὸν αὐτὸν λόγον.* Τοῦτο δέ δέ τοις οὐδὲ τοῖς παλαιοῖς ασθμιώτατον δέται, τοῦτο δὲ Σιμμία ταῦτα Ραδίον δέται οὕτω πεποιημένα οὐ ταῦτα ποιηγεγαμμένα οὐδείς. id etiam docuerat Scholia festi vetus ad Alas his verbis: *δέ χῆμα τῷ τετερυγίᾳ σὲν ἔχει οὐ ποτὲ τῷ τετερυγίᾳ δέ τοις τοῦτον μηδένων, οὐ δέ τῷ πελέκεως καὶ τῷ αὐτῷ.* Priusquam autem ad expositionem veniamus, pauca de auctore huius παρηγόντες sunt dicenda. Simmiam esse auctorem Hephaestionis credimus, licet in dubium vocent veteres membranæ in quibus ita scriptum offendit: *Βισαντίνος Ρόδιος οἰον ή Δωριάδα, ή Τιμούχος, αὐτόπτερος γέρος Ρόδιος.* Quis ille Besantinus Rhodius, querant, quibus otium est. Bisantinum cum alicubi vocat Stobæus. Simmiam Theocrito antiquiorem fuisse ex eo colligo, quod Hephaestion Philicum poëtam Tragicum

cum Simmia recentiorem facit: quem Philicum unum τῆς πλειάδος fuisse, & sub Ptolemæo Philadelphia floruisse, quo tempore vixit etiam Theocritus, satis compertum est. sic Philicus & Theocritus coævi fuerint, Simmias vero vtroque vetustior. sed de his accuratius in Epigrammatum veterum editione. Nam Meleager in sua pancaria compilanda, Simmiam non præteriit.

Συμμίας τε κλαδὸν Νικηφόρου, οἰδὲ Φαέννη.

Τέρμηντον, Βρωτὴν οἵ αγαθὰ Σιμμιέω.

atque hæc de auctore, de quo si plura interim scire cupis, adeundus tibi Suidas. Nunc ad argumentum veniamus. Mitti hoc lusciniæ Ouum cuidam lectæ foeminæ sibi falso persuaserat vir eruditissimus. Alij Diana hoc Ouum offerri a poëta crediderunt. Omnes frustra fuere. *ἄγνωστον* enim totum est huius ποιηγόν argumentum. nec Ouum lusciniæ, aut hirundinis inscribi debet, vt est in veteribus membranis, *ωὸν χελιδόνος*, sed *ωὸν* simpliciter, vt apud Hephaestionem duobus locis, *οὐ ταῦτα ποιηγεγαμμένα Σιμμίας οὐδείς*. vocat quidem istud ouum poëta, partum *ἄνθεως ἄνθεως*. sed de vera luscinia minime intelligendum est: *ἄληστον* enim esse hanc *ὑπέθεσιν* diximus totam, & sic de hoc tantum Ouo, id est, de hoc poëmatio in modum & figuram oui a poëta composito, omnia quæ heic sub oui specie dicuntur, accipienda sunt. Sic Dosiades in Ara Musarum, non aliquam aram quæ alicubi extaret, in honorem Musarum constituta, sed illam ipsam a se compositam & versibus struetam in-

tellexit: quam ideo a Musis positam Gratijisque finxit, quod a poëta Gratiarū Musarumq; alumno condita construētaque esset. sic in isto παυσίῳ poëta Ouum appellat, ἀπειρον δωειας ἀνδρός, id est texturam Doricæ lusciniæ. quibus verbis se concepisse atque edidisse hoc Ouum aperte significat, non autem ouum reuera Lusciniæ alicui matronæ mittere, aut Diuæ dedicare. Δωειαν enim ἀνδρα ipse se vocat, qod de genere Dorico fuerit. more poëtis vñitato, qui ἀνδρός ipsi se vocitare consuerunt. Callimachus de Heraclito poëta:

Ai δὲ ταῖς ζώσιν ἀνδρός, οἵσιν οὐ πάντων
Αρπακτής αἰδός οὐκ έτι χεῖσα βδύει.

vbi ἀνδρός vocat, Heracliti carmina, & labores musicos. Sic Euripides Palamedem πόλις φον ἀνδρα vocauit. idem Euripides tibias, λωτίας ἀνδρός elegantissime dixit. Inuitat igitur lectorem Simmias ad Ouum istud suum, ingenij sui fœtum beneuelle excipiendum. Accipe, inquit, hoc Ouum, Doricæ lusciniæ fœtum. lubenter autem & prompto animo suscipere. nam matre pura, & dulciloqua editum est. Mercurius autem Deorum nuncius, hoc est λόγος τεφερχός, illud adprehendit; & in hominum genus edidit, matris alis surreptum, quibus fouebatur. quia verba nihil aliud quam τὴν ἔκδοσιν huius opusculi a poëta adornatam allegorice significant. Iussit autem Mercurius istud Ouum a singulare metro, id est monometro, incipiens, usque ad decimum versum semper crescendo procedere: nam hoc Ouum a monometro Trochaico incipit, κατίας, ματίες. quibus duobus primis colis, re-

spondent duo postrema, item monometra, ἀπίον, δωειας. a quibus deinceps sequentes versus crescere incipiunt, & inuicem sibi respondent priores posterioribus καὶ τὸν διάθετον. a fine vero & ab initio æqualiter crescentibus metris, atque inter se parantiibus, ad medium Oui peruenitur, in quo bini versus siti sunt sibi pares, & reliquis omnibus maiores, quorum vñus ab initio, alter ab fine ascendit, & decimum locum ab sua quiske parte veniens, occupat. Sic a monometro, vt diximus, ad decametron progressus est Mercurius, id est λόγος μονοτόνος, in hoc Ouo contexendo & componendo. Decametron diximus, non proprie; nam nullus in hoc opusculo versus heptametro maior est: sed quod a primo versu qui reuera μονόμετρος, vsque ad eum numerum reliqui versus crescunt, dum pede aut syllaba præcedentes a sequentibus superantur, donec ad decimum perueniatur, qui omnes antecedentes superat. Hoc est quod dicit εὐ μέτρου μονομετρος μέτρον πόσις αἴξη δρόμον εἰς ἄκρα δικαδά ιχθών. Quæ sequuntur minime obscura sunt. nam motum Mercurij & pedum supplosionem in percutiendis istis metris, comparat hinnuleorum cattis gressibus qui matris vestigia sequuntur, & illius desiderio interim vagientes lupum aut leonem ex latibulis suis excitant: qui voce hinnuleorum auditæ, statim eos persequitur, & ad paratam prædam conuolat. eodem plane modo Mercurium, & ad hinnuleorum celeritatem proxime, in istius incliti carminis metris, multiplicibus quidem illis καὶ πλυ-

πλόκοις fingendis, & citato pede ad numerum fe-
riendis esse versatum. Sed lubet totum apponere,
eo quo debet ordine legi, ut intelligi possit, et si
turbata & euersa Oui figura:

Κωπίας

ἄπειρον

ματέρος

δωείας

τῇ ποτὶ ωὸν νεὸν

άγκας ἀνδρὸς.

τεσσερῶν ἐθυμῷ δέξο· μὴ τὸρ ἄγκας
λίχα μη καὶ ἀμφὶ μαῆς ἀδίς.

τὸν θεῶν ἐπιβάτης Ερμᾶς ἔκτις καρυκ
φύλλον ἐς βροτῶν ὑπὸ φίλας γέων πέροισι μητέρες.

αἴσῃ οἱ ἐκ μετένυψει μεταθέμονος μέχαι πάροιθ' αἴεῖν
ἀειθμὸν εἰς ἀκρατεκάδι ιχθίων κώμουν νέμοντες ἔνθημον.

δοῦσι οἱ ὑπέρθινοι ἀκέλευσον νεῦμα ποδῶν απειδίων πίφανον
ιχθὺς θεῶν τὰ παναύλοις πεισίδων μονόδυνον αἰδεῖν.

γοῖσιν οἱ αἰόλαις νεκροῖς κηλὸν διήδαστον ὁροπόδων γέραφων πέκεστ.
καὶ οἱ ἀμερότω πόθῳ φίλας μαῆς ράωντις ἀγκα μεθ' ἵμερέντα μαζὸν

παλαικρατηποῖς ωρὸς ἀκρον ιέραρας ποὺ λόφων καὶ ἀρθρίας ἥχος ποθίων.

βλαχέν οἱ οἴων πολυσώτων αἵ ὄρεων νόμον ἔσαι πανυφέρων τ' αἵ αἴβα νυμφῶν.
καὶ περιμόδιος ἀμφιπαλτὸν αἴψιν αἰδὲν θήρ ἐν κέλασθρον δέξαρθρος θελάμον ποκωθέτων
ρίμφα πεζοῖσιν ἐκλιπάν οὕτοις θεῶν μαῆς παλαικτὸν μαρούδονος βούγες γένεν πέκοσ.
Ἐπάσιν ἀκε βαῖ μαθέρηπαν ἀφαρ ὅη τὸ λάσιον πιφοβόλων αἵ ὄρεων ἔσυπται ἀκοσ-
τῆσιν μὴ δεύμφοι κλυταῖς ἔθετο ποὺ δονέων τὰ πολύπλοκα μετέπι μέτρα μολυτῆς.

Versibus ita ordinatis, & cōntra ὡραῖαν positis, me-
lius apparebit eorum ἀνταπόδοσις, (omnes quippe
αἰτιθέντοι sunt:) faciliusque multo, & expeditius
totius poëmatis, legenti patebit intellectus. nunc
eorum quæ in contextu mutauimus atque emen-
dauimus, ratio reddenda est, & singulorum pñne
verborum expositio proponenda.

Κωνίλας ἀψιον] Editio vetus habuit ἀγέτον vel
ἀγέτης. nos ἀψιον fecimus. sciunt qui in peruvoluendis
Græcæ litteraturæ scriptis codicibus vel mediocri-
ter sunt versati, ὃ γ̄ pro τὸ σάπιον scriptum reperi-
ri. sic in Fistula Theocriti, σαετγας, pro σαετης scri-
ptum exhibebat membranæ. plura obseruamus in
animaduersionibus nostris ad Græcorum epigram-
matum editionem. Sed mirum doctissimum Gram-
maticum Hesychium hac scribendi ratione fuisse
deceptum, qui in Lexicon suum retulit, ισχέον pro
ιστέον. ισχέον, γνωσέον, ιστέον. scriptum alicubi inuenie-
rat, ισχέον pro ιστέον. quod eum fecellit, dum puta-
uit γλωσσὴν fuisse, ισχέον pro ιστέον. ἀψιον autem δωείας
ματέρες hoc Ouum appellat, quasi dicas texturam,
& compositionem Dorici poëtae: non enim veræ
lusciniæ ouum intelligit, vt iam ostendimus.
nec verum ouum lusciniæ, mittit ad aliquam
lectam fœminam, vt colum Theocritus ad Theo-
genidem Niciæ vxorem: nam perquam inepte &
pæne plus quam poëtice, lusciniæ texturam appel-
laret, ouum a luscinia editum. intelligit igitur
hoc ipsum Ouum, ab ipso contextum, & compo-
situm, qui Δωείδης ἀνδρα se vocat, quod Doricus
poëta fuerit. Rhodium fuisse hunc Simmiam li-
quet. Rhodus autem μία τῷ νηὸν τῷ Δωείδῃ. Stra-
bo de Rhodiis: Δωείδης ἐς Εἰον, ὦστε καὶ Αλικερναῖος
καὶ Κνίδοις καὶ Κασι. ἀψιον Grammatici ὑφασμα τῷ
ἔφος exponunt καὶ σημεῖα. in epigrammate non-
dum edito:

καὶ τὸρ ἀγέτα κριταρίδα.

Κερκίδα, τὸν ἵστον μωλπαῖδα —

inde δη̄βιοι χιτῶνες, non malidenses, sed bene ac dense texti. Eleganter vero ἀτέλος de poëmate. sic Latini *texere*, & *contexere carmina* dicunt. sic ijdem de stamine vel tela, vt & de versibus, verbum *ducere* usurpant. Tibullus:

Filaque de ninoe vellere ducta putat.
& *ducere lanas* apud eosdem frequens. sed & *ducere carmen*, & *deducere*. Ouidius:

Proque bono versu, primum deducite pilum.
Manilius lib. III.

— *vestros extendere fines*

Cogor, & indignos in carmine ducere cantus.

Ita emendauiimus ex auctoritate Codicis Hemblancensis. pessime hodie legitur:

— *¶ irriguois in carmina ducere cantus.*
ducere cantus, vt *ducere carmen*, Propertio & Ouidio. illi lib. IIII.

Cæfaris in nomen ducuntur carmina. —

huic alicubi in libris de Ponto, sed nunc locus non succurrit. ab ἀτέλος autem verbum ἀτείχεσθαι, quod *texere* significat. Hesychius: ἀτείχεται, πίνεται. sic enim legendum, non πίνεται, vt vulgo. πίνομεν verbum a quo πιλῶς pro texture, & Latinum *panus*. sed hæc alias.

Tñ ποδ̄τ' ὠν νέον] Tñ vt apud Homerum, τῆς Κύκλωψ πίε ὁδον. & apud Callimachum κόμης ἀνασθόμις. Tñ Κερεσοῦ, δίδωμι ρὴ φαρεῖσιν. Ita autem hunc versum restituimus, pro eo quod erat in veteribus editionibus & membranis, τῆς ὠν νέον. Dimeter

AD SIMMIÆ RHODII OVVM. 167
enim Iambicus esse debet βεγχυκελάνης, vt respondere possit αἰλιθεύς illi qui sequitur, αἴλιας ἀνδρός. Notandum vero primam in ὠν heic corripi propter sequentem vocalem, vt in voce Αλκμαῖον illo versu:

Νέρων, Ορέστης, Αλκμαῖον μητέρων.

& apud Timoclem:

O νοσῶν τῆ μανικὸν Αλκμαῖον εὐτέλατο.
codem plane modo prima in των καρποῖς corripitur in isto epigrammate:

Ω των καρπῶν μήτην Εἰδίμηρος —

sic prima in οῖος breuis apud Tragicos saxe, & apud Hōmerum:

Τὼν ἀργετὴν οῖος ἐστι, τῇ σε γένη τῶν τα λέγασθαι;
& secunda in ἀδιδάκτως apud Anacreontem in Elegijs referente Hephaestione,

Οὐδὲ τὴν ταρφὸς θυμὸν ὅμως γε μὴν ὡς ἀδιδάκτως.
Sed hæc plus satis: nam passim exempla legentibus occurunt. ὠν νέον vocat, propter recentem huius poëmatij, ad ouï effigiem compositi ἔχοντι.

Γέροντον δὲ θυμῷ δίξο] Quis iste quem inuitat Simmias ad hoc Ouum benigne suscipiendum? nemo certe heic nominatur. Diuinandum igitur fuit doctissimo viro, qui missum cuidam matronæ volebat: nam ex verbis auctoris id neutiquam poterat exculpi. Sed & alius quidam somniauit Diana oblatum. vt diuinatio illum sua, sic hunc suum somnium frustra habuit. cogitare autem heic alium non possumus quam lectorem, cum nullius nominatim mentionem fecerit. lectorem igitur com-

pellat, cui istud Ouum suum offert poëta, rogatque ut amico, & lubenti animo recipiatur. Vedit hoc etiam glossularum auctor, quæ ad hunc locum scriptæ legebantur minutissimis & fugientibus literis: παραγόντις, inquit, ὁ ποιητὴς τὸν ἀκερατὸν λαβέσθη τῆς δωειᾶς ἀνδόνος οὐ κῶν μέτ' πολλῆς περιφυμίας· λίδεια γάρ
ἔστιν οὐ φωνὴ τῆς δωειᾶς ἀνδόνος.

Δὴ γάρ αἵνας λίγα μὲν καὶ ἀμφὶ μαζές ὠδίς] Hæc erant corruptissima in veteribus membranis, quæ nihilo meliores hac in parte antiquitus excusis fuere. nam eamdem plane lectio[n]em exhibebant, hoc pacto, δὴ γάρ αἵνα λίγα μὲν καὶ ἀμφὶ μαζές ὠδίς. ex quibus nullus idoneus sensus potuit elici. nos δὴ γάρ reposuimus. deinde in sequenti colo, λίγα μὲν καὶ ἀμφὶ μαζές ὠδίς. cum & ad sententiae, & ad versus integritatem aliquid desiderari videremus, utriusque eadem opera medicinam fecimus, legendo, λίγα μὲν καὶ ἀμφὶ μαζές ὠδίς, ut esset similis illi superiori Iambico trimetro catalecticō, περιφρων οὐ θυμῷ δέξο, δὴ γάρ αἵνας. nam facile factu fuit ut duarum similiūm syllabarū concursus alteram absorberet. Pari modo corruptum versūm infra restituimus, ubi vulgo legebatur, τὰ μυστήρια τοῦ μαφᾶν, pro τὰ μυστήρια τοῦ μαφᾶν. δὴ γάρ pro ἡδη γάρ. Hesychius: δὴ γάρ, ἡδη γάρ. Homerus: δὴ γάρ κεχολώσας λίω. quod & apud Apollonium Rhodium sape occurrit. Accipe, inquit, hoc ouum, prona ac benigna mente: nam puræ & dulciloquæ matris partus editum est. hoc est, cura & studio sancti & suauiloqui poëta claberatum.

Tὸν μὲν

Tὸν μὲν γεων ἐπειδός Ερμῆς ἔντε καρπός] Hæc est lectio membranarum, quam tamen mendi suspectam habeo, in verbo ἔντε, quod minus videatur conuenire cum eo quod sequitur, φῦλ' ἐσ βεργῆ. itaque legendum putarim, ἐμένε pro ἔντε, ab antiquo verbo δίκαια, quod est iacio. Hesychius, δίκαια, βεργῆ. idem: δείκειν, αφίέναι, ρίπλιν. Fingit heic poëta Mercurium istud Ouum de sub matris alis rapuisse, & in medium iecisse. quæ omnia ἄλληγενά sunt exponenda, & per Mercurium λέγεται περιφρεῖος intelligendus, qui Ouum istud, hoc est poëmatum ad instar oui factum, mentis conceptioni surripuit, & in medium hominum misit vel iecit, id est vulgavit, & publicauit: & hoc sensu rectum est, ἐμένε φῦλ' ἐσ βεργῆ, non ἔντε. ita igitur corrigendum.

Τὸν φίλας οὐκέτι πλέον μαζές] Ita correxi[us], cum esset in veteri libro, περιφρων, quod etiam exhibebat vetus editio. Sed iam ita corrigendum videbunt eruditii viri. contrario modo corruptum erat infra περιφρωνέν pro περιφρωνέν in ijsdem membranis, ut ad locum dicemus.

Αἰσχύλος οὐ μέτου μονοβάμονος] Hæc iam in superioribus explicauimus. Mercurius, hoc est, λέγεται περιφρεῖος vel μονοβάμονος iussit hoc Ouum οὐ μέτου μονοβάμονος incipiens, id est a monometris trochaicis, ut sunt,

Καλλίας

ἀπειλος

ματέρες

δωειᾶς,

Y

paulatim adaugeri & crescere, singulis versibus pede aut syllaba ampliatis, atque ita procedentibus, usque ad decimum metrum, quod in medio positum est, & cum altero item decimo, suo pari & aequali, reliqua omnia metra, quae a fine & ab initio processerunt, usque ad medium, numero pedum & syllabarum anteit.

Ἐκ μονοσάμορος μέτρου] Monosāmōrōs mētrō vocat, οὐ μονόμετρον. infra pro codem dixit, μονόδυνον αὐδῖν. ἔχει δέ τινες τὸν παθαίλον πιεζίδων μονόδυνον αὐδῖν. nam μονόμετρον semel percutitur. non igitur saltum singularem, ut Seneca loquitur, vocat μέτρον μονοσάμορον, nec de saltu in longum, aut in altum hæc accipienda sunt.

Μέγαν πολὺς αἴτει δρόθυμόν] Numero enim pedum vel syllabarum versus subinde crescent, donec ad ultimum, hoc est decimum, qui medium locum obtinet peruerencint.

Εἰς ἀκρας δικαῖοις ἵχιων] Acras dikaios iχiōn vocat, quod decem tantum versus in hoc Ouo dissimiles sint, quorum decimus cæteris omnibus maior: ideo usque ad illam δικαιαν in singulis versibus pedum numerus ampliatur. Sunt quidem in hoc opusculo in totum viginti duo versus, sed quattuor ex his sunt monometri αὐδηλικοὶ, qui pro uno computantur: decem & octo reliqui, item αὐδηλικοὶ, prouem numero tantum consentiunt, quod bini semper αὐδηλικῶς incedant, pedum numero, & qualitate pares. sic fiunt decem, quorum decimus cum suo pari, totius operis ultimus est, & maxi-

mus. ideo ἀκρας δικαια vocat.

Κόσμον νέμοντι ρύθμῳ] Sic reposuimus pro veteri lectione quæ habebat, κόσμος νέμοντο ρύθμον. corrupte & sine sensu. posset etiam legi: κόσμοντο τε ρύθμον. sic optime quadraret cum suo antithetico colo, μήδαν πολὺς αἴτει διέξει.

Θοᾶς οὐ' ὑπῆρχεν ὥκι λέγετον] Non celabo lectorem quomodo hic versus in veteribus membranis conceptus fuerit, vt emendationis nostræ ratio appareat. sic igitur legebant:

Θοᾶς οὐ' ὑπῆρχεν ὥκι λέγετον φέρω νεῦμα πολλῷ πι- φωσκε.

vt de sententia nihil dicam, quæ ex tam corruptis verbis idonea non potest elici, nullo modo paria facit hic versus cum suo αὐδηλικῷ, cui per omnia aequalis esse debuit: sic enim ille habet:

ἴχει δέ τινες τὸν παθαίλον πιεζίδων μονόδυνον αὐδῖν. Sic autem recte mihi videbar utriusque mederi, & versui & sententiæ, scribendo nimirum:

Θοᾶς οὐ' ὑπῆρχεν ὥκι λέγετον νεῦμα ποδῶν φορέων πι- φωσκε.

Haud sane melius poterat hic locus constitui, vt scripta sunt verba membranarum. sed auctor glossularum, quæ ad oram codicis membranacei erant adscriptæ, mihi vt aliter emendarem, persuasit, postquam eum aliter hunc locum legisse compéri. sic enim ille habet: πόδε λέγετον φέρω νεῦμα ποδῶν απορεῖτων, οἵ πλάσκον θε μέτρον τὴν σύνορδον, ἀλλὰ τῇ μητρὶ αὐξανόμενον. Videtur ergo legisse:

Θοᾶς οἵ ὑπὸ λέγετον φέρων νεῦμα ποδῶν απορεῖδων πίφανοκε.

Quod si ὥκῳ retinemus, vt habetur in membranis, omnino delenda fuerit vox φέρων. utramque enim tolerare versus non possit. tunc ita legendum esset:

Θοᾶς οἵ ὑπὸ ὥκῳ λέγετον νεῦμα ποδῶν απορεῖδων πίφανοκε.

Sed præstet meo quidem iudicio expungere τὸ ὥκῳ, & φέρων retinere, legendo vt supra posuimus. Pro νεῦμα ποδῶν fuit cum legerem, νεῦμα ποδῶν. nunc nihil muto. νεῦμα enim hoc loco non ἀπὸ τῆς οὐδίδην, sed a νέῳ vel νέομενοι quod est vado, & incedo. λέγετον νεῦμα ποδῶν απορεῖδων Mercurij, hoc est λέγεται, dixit propter varietatem & inæqualitatem pedum, & metrorum, quibus hoc poëma contextum est. απορεῖδως autem πόδας dixit, vt Euripides δρομάδες καλεῖ, in Helena, & μανιάδες λυστήρες in Oreste. Sic Claudianus νικήτρικην solum dixit, & Iulianus Antecessor νικήτρικην cálculum. sic Γαλῆοι δρομάδες, in quodam Galliambico apud Hephaestionem:

Γαλῆοι μητρέοις ὄρείν φιλόθυροι δρομάδες.

Ιχθύς θέντων τῷ πάναγολεν] Sic fuit emendandum vetusti codicis vitium, qui scriptum habebat, ιχθύς θέντων. alludit ad metrorum percussionem, quæ pedis pulsu posito sublatoque fiebat. Mercurium igitur, hoc est λέγεται, percussisse pedibus ait, hanc πάναγολέον πατεῖδων μονοδοντον αὐδούσι. Hæc contraria ἐκ τοῦ θεάτρου posita videntur, πάναγολος & μονοδοντος. sed μονοδοντος vocat, quod a monometris inci-

piat, quæ semel tantum percutiuntur: πάναγολος autem, quod deinceps crescendo, multorum ac diuersorum metrūm varietate atque inæqualitate constat.

Θοᾶς οἵ αἰόλαις νεῦροις καὶ λ' ἄλλαταν] Eleganter motum incessumque Mercurij, pedumque pulsū in percutiendis metris quibus constat hoc Ouum, velocemque pedum ac temporum iuncturam, comparat hinnuleis qui sine matre in montibus deprehensi, quod ab ea deerrauerint, raptim ad eius persequenda vestigia feruntur, velocique cursu ipsam assequi conantes, clamorem interim edunt lactis & vberum desiderio. quo clamore excitata de latibulis aliqua fera, spelæum suum deserit, & prædæ cupiditate, magno cum impetu per densam conuallem festinat ad hinnuleos corripiendos. Pro καὶ λαὶ ἄλλα σῶν, quod erat in veteri editione, fecimus adiuuante membranarū scriptura, καὶ λ' ἄλλαταν. Eleganter καὶ λ' ἄλλαταν νεῦροις dicitur Mercurius, & quasi gressum cum hinnuleis permutare, qui celeritatem hinnuleorum in gradiendo exæquet.

Οροπόδων βύζαφων τέκεατ] Ita legendum versus gratia, vt illi colo respondeat antitheticī sui,

Αἴλα μὲν οὐερέστα μελέον. οροπόδων autem pro οροπέδων correxi mus. sic οροπότος βοὴ, οροπότος ἔπινος apud Tragicos pro veloci.

Ταῖς οἵ αἰμερέτῳ πόθῳ φίλας ματέοις] Et hoc ex nostra conjectura est: nam membranæ legunt, αἰμερέτῳ. ἀμερέτῳ πόθῳ pro magno & immenso amore posuit.

Τη̄ρ ἀκρων ιερόν ποσὶ λέφων] Ita membranæ, ιερόν. sed nobis scribi placuit ιερόν. ad νερεγίν enim refertur, de quibus dixit superiore versu, ταῦ οὐ αὐθεότω. deinde ita etiam versus ratio legi postulat. nam istud ιερόν pæonius est quartus, & respondet illi, qui in sequenti antithetico habetur, ἀν' ὄρέων. eadem ratione pro ποσὶ λέφων, scripsimus ποσὶ λέφων, vt par esset illi pæonico sequentis metri νόμον ἔτεσ.

Καὶ διχοῖς ιχνοῖς πιθώνας] Ita scripsimus, cum scriberetur in membranis & editione veteri, καὶ εὐθυῖς. διχοῖς πιθώνα est φίλη πιθών, vt duobus locis supra dixit, φίλες μετέσ. διχοῖς, φίλοι. Sed hoc vulgare est.

Βλεψάς οὐ οἴων πολυβότων] Οἴων heic non est ab ὅτες, sed ab οἷος. οἴων, solorum & a matre deerrantium hinnuleorum. Pro παλαιχραπνοῖς quod in superiore versu legitur, omisimus monere, cum ibi essemus, scribendum videri, παλιχραπνοῖς. nam παλαιχραπνοῖς non caret vitio.

Πολυβότων ἀν' ὄρέων] Πολυβότων scripsi pro πολυβότων. exigitur enim hoc loco Ionicus διπλὸς θάλπονος, vt sit similis pedi superioris metri διπλὸν θάλπονος, ἀκρων. sic πολυβότων Σείεφον, dixit Cratinus σὺ Σείεφοις.

Χαίρετε πολύτες θεοὶ πολυβότων πονίδαι Σείεφοι.

Ταυτοφύων τὸν αὐτὸν αὐτῷ πομφῶν] Ita suppleuimus hoc colon vnius tantum additione syllabæ, vt pariaret cum præcedenti metri colo, καὶ διχοῖς ιχνοῖς πιθώνας. αὐτῷ pro αὐτῷ scriptum erat, vt

supra, καὶ μὲν pro κάμπῳ αὐτῷ, duabus similibus syllabis, vicinitatis & similitudinis gratia, in unam contractis.

Καὶ τὸς ὀμηθύμους αὐτοῖς πομφήσιν αὐτὸν θήρ] Αυτοῖς παλέν αὐδὴν, vocat balatum hinnulorum, de quo supra: βλεψάς οὐ οἴων πολυβότων ἀν' ὄρέων νόμον ἔτεσ. Et fera, inquit, aliqua immanis, audita voce, seu balatu hinnulorum, de suis latebris excitatur, & accurrit ad predam. αὐτοῖς πομφήσιν αὐδὴν appellat, quæ repercutitur, & quasi circum resilit, quoties offendit solido, vt cum montibus incurrit, aut saxosis & cauernosis locis. Fera igitur illa accipiens vocem hinnulorum circa spelæum suum, montium repercussu, resonantem, statim è spelunca exit, vt prædam rapiat. hoc est quod αὐτοῖς πομφήσιν αὐδὴν dicit.

Θήρ εὐ κόλπῳ διξάμφων θαλάτιμον πυκνάτων] Ita corremus veteris libri scripturam, quæ corruptissimè legebatur, πυκνάτων. πύκνος, vox vetus quæ densum significat, vnde verbum πυκνός, & nomen πυκνός, & πυκνός, & aduerbium πύκνα in vsu poëtis: πύκνα ποιητοῦ. hoc autem colon,

— διξάμφων θαλάτιμον πυκνάτων,
par esse debuit illi colo sequentis versus,

— μεγάληνος βαθύας δέσιν τέκος.
πυκνάτων igitur heic locum habere non potuit, nisi quis dixerit πυκνάτων Άeolice scriptum esse pro πυκνάτων, & correpta, vt moris est Άeolibus, vt θουγάτην apud Callimachum pro θυγάτη, prima breui. Priscianus lib. i. In plerisque Άeoles sequuntur hos facimus. illi enim θυγάτη dicunt pro θυγάτη, & corri-

pientes. vel magis uero soliti sunt pronuntiare: ideoque adscribunt o, non ut diphthongum faciant ibi, sed ut solum uero Æolicum ostendant. nec hic tantum Æolum mos, sed etiam Lacedæmoniorum, quorum ista sunt: πονιάζει pro πονιάζει. πούρδηνοι pro πύρδηνοι. κούαμοι pro κύαμοι. κονάτεον pro κυατεον. δίφερε pro γέφυρε, & similia sexcenta, de quibus fusius disputamus in libro de Dialectis Græcorum. sic πουκαζίτων hoc loco Æolicum esset, pro πυκαζίτων, prima breui, ut in θουγάτην apud Callimachum. sic λιγυερκαζίλης apud Corinnam citante Hephaestione pro λιγυερκαζίλης. ibi illud γενι breue est. Scholiares Hephaestionis: λιγυερκαζίλης, Βοιωτική η τῆς οὐαρεστήκη, καὶ βεργχεῖα μὲν η γενι. Grammatici: καὶ γενός, γενώς, ὁ γένημας τόπος. οὖτα καὶ νόσος νοῦσος καὶ τοὺς Ιωνας μηκινοὺς οὐ τῇ τομεστήλῃ τῆς οὐ. οὖτε μάκαροι οἱ Βοιωτοὶ ποιοδοι κατὰ τὴν Ηερακλείδου τομεστήλην τομεστήλετες αὐτοὶ τῷ οὐ μηχόνεψ οὐ μηκέροι, ὁ καὶ βεργχειομένου μὲν φίλοι βεργχειοντες, μηκινομένου οὐ μηκινοντες, οὐδὲ οὐλη λέγοντες, καὶ οὐ διδωροι οὐδωροι. sic non dubium est πουκαζίτων heic positum pro πυκαζίτων.

Ρίμφα περίκοιον σκληπῶν ὄρεις βύναται] Scriptum erat, ρίμφα πλερόκοιον. facile fuit veram lectionem reponere quæ est περίκοιον, eleganter περίκοιον εἰδῶ, saxeum cubile, vocat, leonis vel cuiuslibet feræ speluncam. ex illo tamen πλερόκοιον veteris editionis auctor fecerat, πελίκον. ex quo deinde variæ doctorum hominum coniecturæ sunt natæ, omnes falsæ, & friuolæ.

Καὶ τὰς ἀκαβάς μεθέρπων] Hæc quoque erant in mem-

in membranis inquinatissima, hoc modo: τὰς ἀκαβάς μεθέρπων. nec aliter videtur reperisse in suis codicibus primæ editionis auctor: sic enim ediderat: καὶ τὰς ἀκαβάς κακὸν μεθέρπων. Sciendum est autem μεθέρπων æque bene heic legi, quod ad sententiam: sed alterum, quod reposuimus, versus exigebat, ut opponi posset & æquari suo μεθέρπων qui sequitur. Pro τὰς melius etiam fortasse scribi posset, καὶ τὸ, ut ad τέκος βαδίας μεθέρπων referatur, quod proxime præcessit. legendo vero τὰς, τέκη subintelligemus.

Αφαρ ὅτε] Pes hic est proceleumaticus: ille vero qui in sequenti metro, huic respondet, est pæon tertius, σατέροι. itaque heic legi velim, ἀφαρ ὅτε.

Τὸ λεύσιον οὐφοβόλων άν' ὄρέων ἔαστα τούτοις] Fœdisime corrupta hæc sunt in membranis & editione veteri, ad hunc modum enim ibi scripta habentur: λεύσιον οὐφοβόλων ἀνορέων ἔαστα τούτοις. primum οὐ ad-didimus, & hac syllaba versum auctiorem reddidimus, ut vna hac syllaba saltem præcedentem versum superaret. alias enim non decem crescentia metra in hoc poëmate haberemus, ut his verbis testatus est auctor, μέγιστη πέντε οὐ δέξιη δριθμὸν. Eīs ἀκρατεῖσθαι, sed nouem tantum. Idem in sequenti fecimus, qui δυνατόν huic esse debet, & numero syllabarum ac pedum par. αἴκας pro μάκας reposuimus. occasionem huic mendo præbuit, vittiosa & perperam distincta scriptura hoc modo: ἔαστα τούτοις, ex quo αἴδηκας factum est. aptissime autem & valde proprie hic Grammaticus & poëta

Simmias δὲ λόγοις ἀγνοεῖ appellavit. nam Grammatici ἀγνοεῖ exponunt, τοὺς φαραγώδης καὶ οἵ αἰσχελίωρες δάστεῖς ρήποις.

Tοῖοι δὴ δάστεις κανέταις [τὸ θέμα ποιῶ] Et hic versus, quod sanus & integer nunc est, conjecturis nostris hoc debet. nam κανέταις μολπᾶς pro καντάης μολπᾶς correximus: & τὸ θέμα ποιῶ pro τὸ θέμα ποιῶ, & alia quæ piget memorare. perturbatior autem in hoc versu συντάξις, quæ sic debet procedere: τῶς δὴ δάστεις τὸ θέμα ποιῶ δορέω μέτει τὰ πολύπλοκα μέτρα κανέταις μολπᾶς. quorum verborum hic sensus, Mercurium in istis multiplicibus inclytæ cantilenæ metris percutiendis celeritate pedum contendiisse cum illis hinnuleis qui a matre deerrabundi, pernici gradu per iuga montium currentes, eam inuestigant, & persequuntur. quibus allegorice ostendit citam & velocem pedum temporumque iuncturam huius poëmatis. Mercurium autem, id est λόγον, ideo fingit pedibus percutere ista metra, quod is Deus Lyræ & Musicæ inuentor fuisse dicatur. per Mercurium igitur, τῷ λόγῳ vel τῷ μεσοκήνῳ allegorice significat, vel quod idem est, λόγῳ μεσοκήνῳ. quem & istud Ouum publicasse vult, quod est μεσοκήνῳ totum: & matri surripuisse, hoc est lusciniaæ aui μεσοκήνῳ τῷ. per quam poëtam intelligit Musices peritissimum: & eius metra πολύπλοκα pulsu pedum percussisse. quæ omnia ad μεσοκήνῳ vel μεσοκήνῳ λόγῳ referenda sunt.

Γοῦν δορέων] Ita legendum, non ποιῶ πονέων, ut correxerant viri docti. intelligit enim illam per-

AD SIMMIÆ RHODII OVVM. 179^c
cussionem metricam de qua supra dixi ad illum locum: ἵχει θέμα τῷ πονέοντος περίδων μονόδου πονέοντος. Sunt autem in hoc metro pedes duo ισόχεοντα quidem cum duobus pedibus superioris metri, sed alia temporum vice & ordine, vt ποιῶ αἱ δὲ νέ, respondeat ποιῶ, τῷ λόγῳ τοῦ, quod est in præcedente versu. qui duo pedes Συντάξις quidem sunt, & pari magnitudine, sed diuersam habent temporum vicem: cum alter sit pæon primus, alter pæon quartus. sic ὡν πολύπλοκον, in hoc eodem versu, qui pæon est item primus, ponitur tanquam αὐτούτους καὶ ισόρροπος Pæoni quarto præcedentis metri, νιφόβολῶν. eadem enim spatia temporum habent, sed ordinem diuersum. quod in isto genere metrorum αὐτούτους recte usurpatur, vbi non necesse est, vt αὐτούτους καὶ cola ordine ac positu temporum sibi respondeant, modo temporibus inter se parient.

Πολύπλοκα μέτρα μολπᾶς] Πολύπλοκα μέτρα vocat huius carminis, quod non sint ex eorum genere, quæ μονοδοῦ, & διμονοδοῦ appellant Græci Grammatici, vel prototypa ac primiformia principiaque, quorum species nouem ab ipsis ponuntur. non enim pure dactylica sunt, non iambica, aut trochaïca, non etiam Ionica vel choriambica vel pæonica, sed paucis exceptis, reliqua sunt ἀστυράτῳ, τῇ θητούσῃ, variaque omnino ac multiformi pedum compositione ac coiugatione texta. quæ omnia per minutias exponere nec libet, nec vacat. Hephaestionem, qui volet, consulat, & ex eius præceptis huius poëmatis metra constituat.

non plus autem quam decem dissimilia metra habentur in hoc παγίῳ, a monometro usque ad heptametrum progredientia, & additione pedis vel syllabæ semper accrescentia. Scholia stes vetus explicans illud, cōx μέτες μονοβάμοντος, ita scribebat: ὅτι δέπο δράχμου καὶ μονομέτρου εἰς δεκάμετρον τρεῖς λόγοι. quis non eodem pertinere putet hæc verba Victorini in libro de metris? *Mensura seu modus metrorum huiusmodi accipietur. nam extremum in his, atque ultimum, quod monometron dicitur, constat ex uno pede, maximum vero usque ad decametron periodum porrigitur.* Sed hæc Victorini σημειώσις nihil ad hunc locum facit, & errat ille Scholia stes, qui δέπο τέλος μονομέτρου εἰς δεκάμετρον huius Oui metra progredi annotauit. nullus enim in hoc Ouo versus δεκάμετρος. nam ultimus & omnium maximus, una tantum syllaba heptametro maior est. Versus autem omnes qui hexametron superant, τεῖλοδοι Græci vocant, Latini circuitus: & hoc est, quod scribit Victorinus, *in modo ac mensura metrorum, minimum esse ac dici monometron, maximum vero usque ad periodum decametron porrigi.* versus enim decametros, periodus dicitur, & omnes reliqui supra hexametrum. idem Victorinus: *Periodus dicitur omnis versus hexametri modum excedens.* Hæc valde in vulgatis perturbata. Incertus auctor de metris agens de Aristobulio versu octametro, hic circuitus, inquit, *magis est quam versus.* idem dicit de Pæonico duodenario. Non prætermiserim etiam quin admoneam huiusc Simmiaci Oui metra,

cola ab Hephaestione appellari his verbis: δύλη. οὐκαὶ δέ δέπον ὁ ποιητὴς γράφη ὁπός δή ποτε κῶλε, ὡς αὐτόμοια τὰς ὡς βάλεσθαι. Εἴπει πούτων αὐτοποδῷ τῷ μὴ τελευταῖ φέρει τῷ δέποντερῷ δέπο τέλος τὸ διδύλερον, τὰς οὖτα πούτα κείται τὸν αὐτὸν λόγον. τέτο δέ τὸ Εἴδος τοῦτο μὴ τοῖς παλαιοῖς, αρχιώτατον δέ, τοῦτο δὲ Σημεῖον τῷ Ροδιῷ δέπον οὖτα πεποιημένα (κῶλε) cōx τῷ διπλογεραμμένῳ Ωῳ. Sic Odas compositas aut ex Strophe aut ex Antistrophe, aut Epodo, metiebantur per cola. Sed auctor ipse, cola vocavit hæc Oui sui metra, sic enim sub persona Mercuriij allusit: θοᾶσι οἱ αὐτόμοις νερεῖσι κῶλε διλαταρι. verum & sine allusione vel allegoria, cum dixit hoc Ouum cōx μέτρου μονοβάμοντος, progredi, εἰς δέκαμετρον δεκάδα ιχνίων. nam ιχνα sunt κῶλε. nam decem αὐτόμοια κῶλε, vel ιχνίων δεκάδα, quod idem est, in hoc carmine constituit. Iam κῶλε pro pede vel crure etiam accipitur. Euripides: Καὶ κῶλε κῶλοι περάπονα μιμήσομεν. inde ἀκαλοι Ερμῆ, sine pedibus. ἀκαλοι, ἀποι. & περάκωλες, περάπονες Hesychio. Hinc Monocoli populi Solino, qui vnum tantum habent pedem. Sic enim ibi libri omnes agnoscent: legimus monocolos quoque ibi nasci singulis cruribus, singulari perniciitate. vulgo corrigunt monoscelos. Saltem monosceles scripsissent, hoc est μονοσκέλις. nam μονοσκέλοι Græcum non est. monocolos quoque eos vocabat Agellius lib. ix. cap. iv. nisi correctores interuenissent, qui monocolos, vt habent eo loci libri veteres, mutarunt in monomeros. Nec melius doctissimus Criticus, qui

optimam illam lectionem in antiquo suo exemplari repertam, non probauit, sed *monoscelos* maluit, confirmato iam atque inueterato errore: & sic apud Plinium quoque legitur ex correctorum commento. *δεκάδα ἵχιων* igitur quam vocat Simmias, *δεκάδα κάλων* accipimus, nam tot numero κάλων in hoc poëmatio constituantur, & a minimo hoc est monometro, ad heptametron usque porriguntur, quod decimo loco positum est, τῇ συλλαβικῇ vel ποδικῇ καθευξής crescentia, generibus etiam versuum per singula commutatis. Atque hæc sunt, quæ ad hoc doctissimi ac vetustissimi poëtæ pariter & Grammatici opusculum a situ vindicandum, in quo per tot annos iacuit, atque illustrandum afferre potuimus: in quibus etsi longior fortasse fui quam debui, multa tamen adhuc aliorum industria reliquisse me scio, quæ aut non vidi, aut cum viderem neglexi.

ΣΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ ΠΤΕΡΥΓΕΣ.

Λεῦστέ με τὸν γὰς τὸ βασιστέριν αἴγαλλ' αἰμορίδας τὸν ἄλλον δὲ οὐδεῖσαν
Μηδὲ πρέσης εἰ τῆς ὣν δάσκια βίβεια λάχα φύσα

Τάμος ἐγὼ δὲρ ψυχόμας αἵκιν' ἔκριτοι αἴσια
Πάντα δὲ γὰς εἶναι φερεῖσθαι λυχάδες
Ερπετό πάτ' οὐσ' ἔρπετο
Διὶ αἴθρας

Χάσις π
Οὔπι γε Κύπαριδος πάις
Οκυπτάς δὲ αἴπερ ἔρως καλεῦμα
Οὐδὲ δὲ ἔκρινα βίσφι, περισσών τοι πιθοῖ
Εἶκει ἐμοὶ γάρ, θαλάσσας τε μιχός, χάλκεος κέφαλός π
Τῶν δὲ ἐγὼ σκυοστρισμένων ὠγύνον σκάπτον, ἔκραγον δὲ γεῖσις θίματο



CLAVDII SALMASII

N O T A.

Scripto huiuscem de poëmatis in membranis, πλέρυχες ἔρωτες, quam retinere non placuit. veteres enim Grammatici πλέρυχα simpliciter citant. sic apud Hephaestionem, Simmias ἢ πλέρυχον. De auctore igitur minus

dubitare possumus. at inscriptio, πλερύγον, quæ in vulgaribus editionibus habetur, falsa est, & a recentioris æui Grammatistis Græculis manauit, qui hoc poëma cum citant, πλερύγον passim appellant. quam recte, ipsi viderint. non enim πλέρυγα aut πλερύγον, Alas auium Græci vocare consueuerunt, cum sint binæ. ideo πλέρυγας semper nuncupant. sic nec Latini Alam, sed Alas, nam duæ sunt, nominare solent, cum de auium alis loquuntur. πλέρυξ & πλερύγον Græcis est, quidquid in acumen desinat, aut etiam cuiuscumque rei summitas & extremitas. sic πλερύγον est promontorij cacumen. est & templi fastigium, & gubernaculi pars extrema, & ita in alijs quibuslibet rebus. in auibus autem proprie ille pinnarum ordo in acutum desinens, ab utraque laterum parte, qua maiores sunt pinnæ, πλέρυξ vocatur: atque inde ad alias res traducta metaphora. sed πλέρυξ aut πλερύγον de vna tantum, de duabus vero nunquam dicitur. at cum heic utriusque Alæ figura habeatur expressa, πλερύγον tam falso inscribitur, quam vere πλέρυγες. Genus metri Choriambicum est, κακάληντι εἰς ιαμβίκην κακάληδα, hoc est in amphibrachyn, aut bacchium propter indifferentiam ultimæ syllabæ. Διάθεσις autem hæc metra sunt, κακά γέοντα, ut vocant, conscripta, ut in Ouo: sed contrario modo progrediuntur; non enim a minimo ad maximum, sed contra. Siquidem primum & postremum sunt hexametra, secundum & penultimum pentametra, & ita deinceps decrescendo, usque ad duo media,

AD SIMMIÆ RHODII ALAS. 185
media, quæ minima sunt, & monometra iambica. Sed nec ex dissimilibus metris, & variantibus per singula cola, constant hæc Alæ. nam omnia sunt Choriambica, præter medium & minimum quod diximus esse iambicum monometrum catalepton, quod magistri vocant ιαμβίκην κακάληδα, quod ea clausula finiantur, ut plurimum, Choriambica metra. Primum & ultimum, ut iam diximus, hexametra sunt, quæ Philica Marius Sacerdos appellat in libro de metris, a Philico Corcyraeo poëta τῆς πλειάδος, qui sub Ptolemæo Philadelpho vixit, ut supra memini notare. non quod primus inuenierit hoc metri genus, nam Simmias longe illo antiquior, heic & in Securi hoc genere usus est: sed quod totum poëma isto numero conscriperit, cuius initium refertur apud Hephæstionem:

Τῇ ξύνιν μυστικὰ Δήμητρει τε χῷ Περσεφόνῃ χῷ Κλυ-
μένᾳ τὰ δάφεα.

Ipse tamen Philicus huius metri inventionem sibi adscribit hoc versu, qui in eodem Hephæstione legitur:

Καιροχαρᾶς στιχίων τῆς Φιλίκου, χραμματίκοι, δάφ-
ει φέρω ταῦτα ὑμᾶς.

Quod igitur hoc genere metri plurimum usus sit, Philicum ab ipso appellatum est: ὅτι ταῦτα ταῦτα μέντοι τὰ ὄλεα ποιήσει εὐγενῖα. non enim inuenit, ut falso gloriabatur, cum Simmias longe ipso anterior, ut qui prima Olympiade floruit, hoc genus usurparit. Hunc Philicum docti viri, Philiscus ut vocetur, contendunt: & quibuscumque locis apud

auctores Φίλικον scriptum reperiunt, in Φίλικον mutant. quod miror: cum ipse Φίλικον sibi nomen esse, illo versu, quem supra ex Hephaestione attulimus, testatus sit; vbi si Φίλικον legerimus, non stabit versus. Fuere quidem & Φίλικοι in terra Græcia, sed hic Φίλικος vocabatur. Sed ad rem redeamus. Argumentum Alarum fere notum. Amor ipse, cuius hæ sunt Alæ, loquitur: quis sit, & quando, & vnde natus, ostēdit. Non enim sc̄ Veneris esse puerū, sed omnibus Dijs natu antiquiorem esse, & cælo & terræ & mari imperare, & illud imperium non vi ac parendi necessitate, sed amicitia καὶ πειθοὶ adiunctum retinere. Scholia stes ἀνέρδοτος. υπεῖν τὸν παύλην μνη Ερωτα τὸν Αφεδίτην, ἀλλὰ τὸν γεράνιον τὸν Ἀμεσοτρόχον, διὰ τὴν Γλάρων μέντην τὸν Σωκρατίους Αφαλέρεος, ὅπε τοῦ Θεού μυαχον αὐτὸν τὸν τε καὶ ἀνδρεπίνην μελεγέναδην ἔρωτας. Veteres Amorem varie ἐξηγούντο. Sappho Terræ & Cæli filium eum esse cecinit. Simonides Veneris & Martis. Orpheus Saturni, hoc versu:

Αυτῷ ἔρωτα Κέφος τὴν παύλην μαζεύει πούτρον ἐτέκυωτο.

Ibycus & Hesiodus εἰποῦν εum prodijisse voluerunt, & natum omnino ante Cælum & cælites omnes. Idem dicit in istis Alis Simmias. Quod vero Scholia stæ heic scribunt, tam ille qui editus est, quam ille qui adhuc in membranis cubat, sensum etiam constare posse, si quis a primo versu ad postremum pergit, a secundo ad penultimum, atque ita deinceps usque ad medium, vt in Oua & Securi, neutquam illos audiendos puton. ἐχει τὸν νοῦν καὶ τὸν τε πρώτον τὸν τε ἔχει. ἐψημονεῖται.

SA

Immo qui hoc dixit, mentem non habuit. nam certum est, sensum recte procedere non posse, si ordinem illum in legendo sequaris. exempli gratia, quis sensus aut quæ cohærentia in istis esset, si ad hunc modum legerentur?

Γαῖα τὸν γαῖαν Εἶτε φερδαῖσι λυχεῖσι
Ωκυπέτας οἵ αὐτοὺς ἔρωτας καλεῦμεν
Ερπετὰ πούτρον ὅσον ἔρπει
Οὐδὲ γέ Κυνόπιδος πάγιος
Δι' αὐτοὺς.
Χαῖρε τε.

hinc videre est, quam saepe fallantur, qui semper Grammaticis habent fidem. Nunc, ne quid temere aut frustra emendasse & mutasse videamur in auctoris verbis, ratio omnium quæ mutauimus, redenda est.

Λεῦστρε με τὸν γαῖαν τε βαθυτέρου αὐτοῦ ακμονίδην τὸν αἰλυδὸς ἐδράσαντα] Ita hunc versum totum ex membranarum auctoritate minimo minus restituimus, cum vulgo legeretur, ακμονίδην, τὸν δῆν τὸν ἐδράσαντα. quasi hæc poëta mens fuerit, vt Amor & cælum & terram & mare creasse ac constabilisse credatur, cum nihil minus quam hoc dicere in animo habuerit. Dicit quidem heic Amor terram & mare & cælum sibi concessisse, Dijsque & hominibus se imperare, non tamen vt cælum & mare condiderit: qui sensus ex vulgata lectione oritur, dijuidis etiam pro τὸν δῆν in hoc versu legit Hephaestion: sed ἐδράσαντα pro ἐδράσαντα perperam apud eum scriptum est, ακμονίδην dijuidis

Aa ij

έσπασθαι heic tantum habebant membranæ, nos
ne necessario addidimus: αὐτονίδην τὸν δῆμον έσπασθαι.
præcessit enim, γαῖα περιβαλλόντες αἴγακα. nec ali-
ter Scholia est vetus legisse videtur, in cuius pa-
raphrasí ita scriptum habetur: ὅπερ μὲν τὸν γῆν τι
ἀἴγακα, τὰ δὲ φύγοντα δῆμον έσπασθαι. corruptissime
vulgo legitur, τὰ δὲ φύγοντα δῆμον έσπασθαι. quod
ansam præbuit viris doctis hunc locum corrum-
pendi, & τὰ δῆμα pro ἀλλῳ substituendi, nempe
quod ita legisse videretur Græculus interpres. Sed
ex nostra emēdatione, iam cōtrarium apparet, non
aliter eum scilicet legisse quam ἀλλῳ, & δῆμον in-
terpretari. Hic erit igitur sensus: *Vide me qui læ-
ta terræ rex sum, quique Cælum in alia sede constitui,*
id est, *qui Cælum solio depuli, et illa sede deturbaui*
*quam obtinebat, cum Terræ imperaret, et dominare-
tur, meque in eius locum intuli, et aliam eum sedem.*
quæcunq[ue] coegi. Vno verbo Cælum throno se deie-
cisse gloriatur heic Amor & pro illo nunc re-
gnare. Αὔτονίδην Cælum significare adeo notum
est, vt valde mirer incomparabilem virum de-
nescio quo Tellumone Terræ rege heic accipien-
dum putasse, ex Ritualibus Pontificum. quid enim
notius, quam Αὔτονίδην apud poëtas & μαθηταφοις,
Cæli, id est οὐεγνος patrem appellari? hinc Cælum
Αὔτονίδην vocat Simmias πάτερνον, id est Acmonis
filium. Hesychius: Αὔτονίδην ὁ Χαρός γαῖα περι-
βαλλόντες. Αὔτονίδην γαῖα. Sed de re omnibus nota, plu-
ra dicere, verba perdere est.

Mnēsīς τρέας. Et τάρος γαῖα. Δάσους βεβεῖται λαχαι

λαχαι] Prius legebatur: δάσους γαῖα λαχαι φέρει λαχαι.
inepte prorsus & absurde. nam λαχαι, pro hirsuto
vel hispido, Græcum non est, sed λαχαι. nos
hanc lectionem concinnauimus ex vestigiis vete-
ris scripturæ, quæ habebat, δάσους βεβεῖται λαχαι
λαχαι. quæ nec integrum sensum efficiebat, & ver-
sum extra legem extendebat. βεβεῖται λαχαι λαχαι.
sic de aureo vellere Apollonius lib. v.

βεβεῖται λαχαι επηρεφες — sic μῆλα βε-
βεῖται μαλλω, apud alium poëtam. Mentem huius
loci minime assequuti sunt homines eruditii. non
enim hispidum aut hirsutum Amorem heic in-
ducit poëta, sed barbatum. Nec vero horreas, dicit
heic Amor, si tantulus, tam spissa barba obfitem men-
tum habeo. nam miranda, ac tantum non horren-
da in puer, qualis Amor fingebar, densa &
prolixia barba. Sed hoc Amor, admirari nos pro-
hibet, aut horrendum putare. cum enim sit ve-
tustissimus Deorum, & illo tempore natus, quo
nondum Cælum ac Dij erant, sed Terra totius im-
perium tenebat, minus mirum esse, opacam sibi
profusamque barbam dari. De Amore barbato le-
gi alicubi, sed apud quem, nunc in memoria
mihi non est. Veneris etiam barbatæ simulachrum
finxerè veteres, quam πάτερνος λαχαις εἶφοροι crede-
bant: vt iam minus miremur, hunc φέρειν Amo-
rem, τὴν πάτερνον λαχαις, vt existimabant, bar-
batum induci.

Τάρος εγαῖα γαῖα λαχαις αἰγαῖς εἶχεν αἰδησα] Per-
peram hæc accipiunt interpres: non enim Amor

hoc vult, se tunc natum esse, cum necessitati visum est: sed rationem adfert, quare cum puer esset, barbatus induceretur. qualis autem hæc foret ratio, ideo sibi barbam dari, quod tunc natus esset, cum necessitas ut nasceretur, statuisset ac decreuisset? sed causam barbae suæ hanc adfert, quod et si puer videretur, natu tamen grandissimus esset; utpote ante omnes Deos natus, & illo tempore, quo Necessitas imperabat, & omnia duris & inquis Terræ iussibus parebant. Terram enim omnium primam ex illa confusa indigestaque mole, quam Chaos dixerunt, prodijse consentiunt veteres Theologi Græci. Terræ autem, hoc est brutæ Diuæ Necessitatem adiungit. Nam quidam ex antiquis Philosophis, τὸν ἀνάτολην τὸν πόλυτον αὔτικὸν ἔγιανσαν, ut Democritus: Pythagoras τὸν ἀνάτολην τῷ κόσμῳ περιεῖναται dicebat. Sed heic Amor suam imperandi rationem, longe diuersam ab ea quam Terra cum imperaret, obtinebat, esse ostendit. suam enim in e blandiendo, & persuadendo totam positam: at illam Terræ, in cogendo ac per vim compellendo. Hinc violento eius & impotenti imperio τὸν ἀνάτολην attribuit: suo vero τῷ πειθῶ, qua omnia se confecisse loquitur, nihil autem vi, vel ingratij. Sic τὸν ἀνάτολην τῷ ἐρωτὶ opponit Parmenides apud Stobæum: ὃχ' οὐ αἰδίκην μεωνος καὶ δέσμου αἰγαῖος ἔγιορμα, διὰ τοῦ ὅπῃ ἐξεργάζεται τοι μέντοι τὸν ἀναργοπίνων Ερωτ., τοῦ τοῦ τοι ἐργετῆν τελεσθομονος ἔγιορμα. Se tunc igitur natum hoc loco dicit Amor cum Necessitas & Terra regnabant. utram-

que simul posuit auctor: nam quidam ex veteribus τὴν γλῶ, vt & τὴν ἀνάτολην, πολύτων αἴλια statuerunt: alij Amorem τὴν φύσιν vocauerunt, vt Parmenides, qui eum ante omnia natum voluit. Hesiodus & Acusilaus Terram & Amorem statim post Chaos, in lucem exijsse. Vide Platonem in conuiuio. Simmias autem in his Alis Amorem Terra iam regnante, ortum habuisse scribit. nam ita de se loquenter Amorem inducit:

Τάμος ἐγώ γέροντος φύσιν ἔχωντι σώματι,

Πάροτε τε γαῖς Εἶχε φρεστάσι λυγαῖς.

ἔχωντε autem pro ἔκεινε, quod vulgo legitur, atque etiam in membranis habetur, libentius legerim. χραῖψι est imperare: quæ significatio huic loco conuenit, non etiam ἔκεινε, nisi in eadem hac notione accipiatur. eorum enim qui imperant, & regnant hoc proprium est, statuere ac decerne-re. Sed χραῖψι melius. sic χραῖψι ερατὸς apud Sophoclem. atque inde κεφίτωρ, qui dominatur, & regnat.

[Γαῖα δὲ γαῖς Εἶχε φρεστάσι λυγαῖς] Ex depravata membranarum lectione, hanc veram & sinceram extudimus. sic enim illæ scriptum præferebant: πολύτη δικτός τοι φρεστάσι λυγαῖς. nihil potest corruptius. Videant acutiores an aliquid melius inde exculpere possint. in editionibus excusum erat, πολύτη δὲ τοστίκεος φρέσεωι λυγαῖς. nullo sensu. quam lectionem sequutus sit Græcus interpres, non facile est statuere. Sic enim hunc locum cīφειτε. τοπε γένοντος ὁτε λι ανάτολη ἔρχε-

καὶ πάντα τὰς τοῦ αὐτῆς γνώμας. Sed opinor eum scripsisse τὸν γῆν γνώμας. & ne quid dissimulem, ita in veteri libro scriptum vidi, quod vnicē nostram coniecturam confirmat. φερδίν, quod est γνώμη vel βελτί, apud Pindarum aliquoties occurrit. Hesychius, φερδίν, βελτίς. huius autem versiculi mentem multis aperuimus in superiori animaduersione.

Ἐρπετὰ πάντα ὅστις ἐρπετός] ἐρπετός heic non reptilia, vt vulgaris est huius vocis notio, sed volucres significat tantum. nam qui omnia animalia heic designari crediderunt, falsi sunt. de solis enim aribus loqui palam est, ex verbis quæ sequuntur: ὅστις ἐρπετός διάθρας χάος τε, vbi terræ mentio nulla, vt terram peragantia animalia etiam intelligi putemus. Videtur autem Siimias genus auium ante reliqua omnia creatum existimasse, atque adeo ante ipsum Amorem. nam eo se natum tempore heic Amor prædicat, quo Telluris imperijs omnia parabant, & auitij omne genus. de ceteris animalibus filet: nondum igitur tunc erant, secundum auctoris sententiam: nec enim omisisset. Aristophanes in Auium Comœdia, vt Amorem ante Cælum & Terram & omnes Deos editum facit: sic Auium etiam genus, ex Amore & Chao productum fingit, prius quam Terra aut Cælum in natura rerum essent. Eodem pertinet, quod in alio eiusdem Comœdiæ loco idem auctor fabulatur Κόρυδος, id est Galeritam, omnium auium primam editam fuisse ac terra priorem:

Αμεδίς

Αμεδίς γένος κοῦ πολυτελέστιμον, θεῖος Αἰσαπον πεπάντης,

Ος ἐφασκε λέγων, κόρυδον πάνταν πεφτάντον ὄρνιθα γνέαθα,

Περπέρει τῆς γῆς.

In quo et si ab hoc auctore paulum dissentiat, veterum tamen hanc vulgo fuisse opinionem de auitij, ante reliqua animalia, creatione, facile inde probari potest. nec enim ridiculi gratia illud a Comico confitum esse, fidem fecerit hic Siimias, qui Amorem τὸν θεῖον πρεσβύταν, vt eum vocat Plato, illo tempore natum scribit, quo Terra regnabat, & auium omne genus Terræ parebat. quibus verbis aperte indicat nihil tum fuisse in rebus natura, præter auium genus. ἐρπετά igitur heic sunt aues. sic Amorem ὄρπετον Sappho vocauit, ob eam scilicet causam quod ales singitur.

Ἐρως δὲ αὐτεῖ μὲν ὁ λυσιμύδης δοὺς

Γλυκύπικον δάμαχονος ὄρπετον.

Διά αὐτὸς χάος τε] Χάος, aërem exponunt Grammatici. Vetus Scholiastes in ἀρχῇ huius loci: ὅτε ἐρπετά διά αἴρεσσι καὶ αὐτὸς. Ibycus: ποτατά διά σπλαντεῖσι χάος. Aristophanes: οὐ χάος τεποτίς νεφέλας. vbi interpres τὸν αἴρει interpretatur: omnino ingens illud spatium, quod terram inter, & cælum est, χάος Græci vocarunt. Hinc χάος χάοντα, & χάρποντα, & κοίλωμα Græci interpretantur. Idem etiam significabat χάος. vnde Latinis carnis, id est κοίλωμα; vt ων, ouum. Aëlice autem χάος. Hesychius: χάος κοίλωμα vel κοίλας. nam ita legen-

Bb

dum. idem, κύοι χάρωματα λί ποιλώματα. Stephanus: κύοις τὰ ποιλώματα τῆς γῆς, καὶ πόδια τὰ σπηλαια βέγενον. hinc Latina vox *vetus conus* pro cælo. nam *cōbum*, & *conum* dicebant, hoc est κύον. & fallunt Latini Grammatici qui a chaos deducunt. Glossæ veteres non editæ: *Conum naturam uniuersi, a cauo id est inani vel vacuo.* Item: *Cous est quo cælum continetur.* vnde Ennius: *Vix solum completere conum terroribus cæli.* *Cous vel conus* plane est Græcorum κύος. a concuitate dictus. Sed de his alias.

Οὐπὶ γε Κύαριδος πάις] Ut duplex Venus veteribus, πάρδημος καὶ οὐρανία. sic etiam duplex Amor, πάρδημος καὶ οὐρανίος. Notissimus Platonis locus in Symposio.

Ωκυπέτεις οἵ αὐτοῖς Ερως καλεῦμεν] Multæ sunt causæ, quare hanc lectionem non probem, licet eam videatur agnoscere Græcus interpres, dum exponit: οὐκ Εἰμὶ δὲ Αφερδίτης οὗτος, καλοδημενος δὲ Ερως. Dicit hic Amor cælestis, se non esse Veneris puerum, & Amorem se vocari. Atqui non peculiaris hæc ipsius appellari, sed ille puer Veneris etiam Amor vocabatur. Cur igitur dicit hoc loco, αὐτοῖς Ερως καλεῦμεν? quasi hoc ipse nomen solus haberet, ad distinctionem alterius, qui non appellabatur Amor. quod falsum est. Sed magis magisque ut hanc lectionem improbem facit *vetus scriptura*, quæ habet, Ωκυπέτεις οἵ αἴσχειος καλεῦμεν. an pro αἴσχειος, αἴσχειος legendum, ut οὐρανίον intelligamus. huic conjecturæ stare posset aliquis. Ego tamen nondum illi palmam do, sed eam magis palma-

riam iudico, qua totum locum sic concipio ac distingo, minimum aut nihil plane recedens ab antiquæ scripturæ vestigiis: οὐπὶ γε Κύαριδος πάις, Ωκυπέτεις τὸ αἴσχειος καλεῦμεν. Cælestis Amor ut distinguat, se ab Amore vulgari καὶ πάρδημῳ, sic ait: *Nequaquam ego puer Veneris, εἰ aliger aërius nuncupor.* πάις Κύαριδος, Ωκυπέτεις αἴσχειος, notæ sunt, quibus volgiuagum illum Amorēm, καὶ πάρδημον designat, quod puer Veneris sit, quod hac illac circumcurset ac circumvolitet, & incerto vagoque impetu, modo in hos feratur, modo in illos, & plane sit οὐκαπέτεις αἴσχειος. Plato in Conuiuio de hoc vulgari amore: ὁ μὲν οὖν τῆς πάρδημου Αφερδίτης, οὐς ἀγηῶς πάρδημος ἐστι, καὶ θεργαλέεις ὁ, τι αὐτοῦ χη. quos autem semel fixit hic Amor, ad amandum vi cogit. tales porro se non esse prædicat heic Amor cælestis, & per vim nihil agere, sed volentibus insinuare se, & sponte sua animos inter se conciliare, pelliciendo ac persuadendo. Hinc cum οὐρανίοις αἴσχειος dicit Plato in Symposium.

Οὐπὶ γέροντος ἔχρηνα βίᾳ φι, παρεύνω δὲ πειθοῖ] Sic libuit emendare veterem lectionem in membranis vitiose ita scriptam: οὐπὲ γέροντα βίᾳ, παρεύνω δὲ πειθοῖ. ἔχρηνα pro ἔκεινα etiam legerunt Græci Scholiaſtæ. ita enim exponunt: οὐδὲν ἔφαξα βίᾳ, δὲν πάρη παρεύνω πειθοῖ. alius vero non editus, sic habet: καὶ οὐδὲν δὲ ἔφαξα βίᾳ, τὰ πάρητα δὲ μοι πειθοῖται, illud πάρη ποd quod vterque habet, fere mihi persuadet, lectum ab illis fuisse: οὐπὶ γέροντος ἔχρηνα βίᾳ, πάρητος ἔφαξα πειθοῖ. vel πάρη δὲ ἔπαρεύνω πειθοῖ. idque

vt verum esse credam, inducit me, quod secunda in ὀρθῷ producatur. nam quod ad primam attinet, et si natura longa est, facile ob sequentem vocalem corripi potest, vt in aliis eiusmodi solent: de quibus ad Ouum supra notauius. Nihil igitur verius hac lectione quam vltimo loco posuimus. Causam autem addit hoc versu Amor iste Cælestis, quare Κύπριδος παῖς non dicatur, καὶ δέετος ὠκυπέτης. nihil enim se per vim agere, sed omnes blandijs pellicere: illum vero Veneris puerum, & volgiugum Amorem ὑπερτικὸν esse καὶ βιαστικὸν. longe igitur se ab illo diuersum. Non dicit quidem expresse Amorem illum alterum, Veneris filium, violentum esse & vi cogere, sed facile intelligi datur ex comparationis ratione, quam sic instituit: *non sum, nec vocor ille Cypridis puer, & volgiugus Amor: nihil enim per vim perficere consueui.* Sequitur ergo illum alterum omnia per vim facere solitum, cui se adeo dissimilem esse ostendit. Non inepte etiam aliquis existimare possit, heic conferri exemplum imperij quod exercet nunc Amor, ad imperium quod olim Terra exercebat, priusquam Amor nasceretur: illam enim καὶ ἀνάκτον impe ritasse; Amorem vero καὶ πειθόν. quam sententiam supra retuli ad illud, αὐτὸν ἐκραγόντα.

Eἰχει ἐμοὶ γῆγα, θαλάσσας τε μυχὸς, χάλκεος οὐρανὸς πτῶ] Ex duobus corruptis & mutilis versibus, vnum hunc integrum & sincerum concinnauimus: sic enim legebatur in vetusto Codice:

Eἴχει δέ μοι γῆγα θαλάσσας τε μυχὸς οὐρανὸς πτῶ.

Εἴχει δέ μοι γῆς τε μυχὸς χάλκεος οὐρανὸς τε.

Sic ex duobus malis ac vitiosis, vnum, bonum ac sanum fecimus. χάλκεος οὐρανὸς apud Homerum est, & Hesiodium. *Εἴχει ἐμοὶ*, vt in sequenti versu, τῷ ἔγῳ ἀνυποστήσει, vbi εἰ, & ω, propter insequentes vocales corripiuntur. non etiam improbauerim, si quis malit: *Εἴχει δέ μοι γῆγα θαλάσσας τε μυχὸς*: vel *Εἴχει ἐμοὶ*, vt videntur Scholiastæ legisse, qui sic exponunt: *Εἴχει δέ μοι, οὗτος τε καὶ θαλάσσας μυχὴ καὶ οὐρανὸς*. Videntur igitur legisse:

Εἴχει ἐμοὶ γῆς τε θαλάσσας τε μυχὸς, χάλκεος οὐρανὸς τε.

cui lectioni etiam adstipulatur alter ex illis duabus deprauatis versibus quos supra ex membranis protulimus: *Εἴχει δέ μοι γῆς τε μυχὸς*. vtro modo legas, nihil refert. nostram tamen præferimus. nihil vero absurdius correctione doctorum hominum qui sic reposuerant: *οὐρανὸς πᾶς τε θεός μοι Εἴχει*. cum enim sequatur, τῷ ἔγῳ ἀνυποστήσειν ὡγύηνον σπάσθεν, quomodo videri potest Amor sceptrum Dijs eripuisse, qui regno potiebatur, antequam quisquam Deorum natus esset?

[*Ταῦ έγῳ ἀνυποστήσειν ὡγύηνον σπάσθεν*] Ita reposui, cum vulgo esset, τῷ οὐρανῷ ἀνυποστήσειν. illud ἔγω, versus non patiebatur. Cælum autem & Terram intelligit, quibus Amor sceptrum de manibus extorsisse gloriatur. Huc plane pertinet, quod in primo versu Amor Terræ regem se appellat, & Cælum folio a se depulsum dicit, &

in alia sede constitutum, quam regia scilicet. sic ultimus iste versus, interpretationem nostram illorum verborum primi versus, Ακρωνίδην τ' ἄλλης ἐδράσθε, egregie comprobat.

Ἐχραγον δὲ θροῖς θεμιζας] Ita vetus, ex cuius auctoritate sic emendauimus. vulgo erat: ὀνεγέλων δὲ σφι θεμιζας; ex correctione doctorum hominum, qui tam male nomen Deorum in praecedente versu reposuerant, quam in hoc sustulerant: ut error errorem sequitur. pro ἐχραγον, malim ἐκενον. sic enim frequenter apud poetas, κενον, & Δικαιείνθι θεμιζας.



ΣΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ΡΩΔΙΟΥ

ΠΕΛΕΚΥΣ.

Αἰδρότας δύροι ο φάκεις κεπτεῖς μιδονίας πέρι ποιήσει
Τάριος ἐπὶ τοι εεσίν κινει πετόντω πόλιν ιεταλων
Ουκ ἀδρίμος γηας ἐπιεμάχεις Αχαϊών
Νιῶ οὐ οὐ Ομύρον ἔβα κιλιδον
Τεις μάκαρ δὲ σὺ ουκέ
Οὐ οὐδεος

Αεὶ πᾶς

Ιλαος ἀμφισέρχοντος
Σαὶ χιειν αὔγα πολύσιντε Πόμηας
Αλ' όποι κριναῖς ιταεῖν τάμα κόμης μυσκολίς
Δαρδανιδᾶς χεισοβαφεῖς τ' ἐσυφῆξεν οι θεμέθλους αἴστας
Οποι' Επιος πέλεκων τῷ πόκα πύργων Στοπίκτων κατέργηεν αἴστας



C L A V D I I : S A L M A S I I

N O T . E.

NUMERO, & genere versuum, situ etiam figuraque, nihil plane differt ab Alis Securis. Et sane nihil erat, quod æque figuram Alarum exprimeret, ut Securis. Hinc eam bipennem Romani veteres appellarent, sic enim securis bipennis dicitur, ut

auis bipennis, quod scilicet ex utroque latere ferri aciem, in modum alæ vel pinnæ factam haberet, non autem quod in utramque partem scinderet, vel acuta esset; ex eo quod pinnum pro acuto veteres dicebant. Bipennis igitur adiectiuum, ut vocant, nomen, & epitheton securis, sic enim *bipennis securis* Varroni apud Nonium, ut *passer bipennis*. Ferens ferream humero bipennem securum, in Parmenone. Sic *ferrum bipenne* Virgilio, pro securi.

— *ferro sonat acta bipenni Fraxinus.*

Seruius, *bipennem*, dici ait, *quod ex utraque parte aciem haberet, quasi duas pinnas.* nihil verius: & id licet ex hac veteris Securis, quam Epeus dedicauit, effigie cognoscere. eam enim poëta vetustissimus, eadem forma, eodem numero versuum compositam, sic Alis assimilauit, ut nihil magis simile fieri possit. Πλέκως autem Græcis est, quæ Latinis *bipennis*. Hinc πέλεκις, ἀξίλιον δίσορον exponunt Grammatici. quæ vero unam tantum pinnam aut aciem habet, eam λιμπτέλεκτη vocant. Græci barbari διεξόδιον, quod una tantum manu, dextrâ scilicet teneretur. Vetus interpr̄s in Homerum: πέλεκτας ἀξίλιον δίσορον. ēst ī s̄thm̄s oīd̄hēu ēχōn μνᾶς δέκα. τὸ δὲ λιμπτέλεκτη θ̄ λίμου τῆς πέλεκτος, θ̄ σὺ τῆς ἐνὸς μόνον μέσος ēχōn αὐτοῖς, οὐ καὶ διεξόδιον καλεσσον. Sic enim ibi legitimus, quod autem ait πέλεκις etiam significare pondus decem minarum, idem quoque scribit Hesychius: πέλεκις ἀξίλιον δίσορος ή s̄thm̄oν εξαιμάσσει δράχμας οἱ δύο δωδεκακατάσσον. forte corrigitur, δεκαμήσσει. nam sic habet in voce λιμπτέλεκτη.

λεκτον. λιμπτέλεκτη πειράσσον ή πεζαμηάσσον, ή πεντάμον. Θ χάρη δεκάμυον πέλεκτη καλέστη τοῦτο Παφίοις. Sed hæc non sunt huius loci. De auctore nihil dicam. nam Simmiam esse vel vnicus Herphæstion persuadere possit, qui Simmiam τῷ πελέκῃ citat. Argumentum etiam notum. In huius autem poëmatij expositione, a primo versu, ad ultimum procedendum, atque ita deinceps, ut in Ouo vidimus, & Græcus Scholiaстes admonet, & nos scire poteramus, et si nullus moneret. Interpretationis vicem, libet subiucere veteris cuiusdam Scholiaстæ ἐκΦερον καὶ πόδα, quam in vetusta membrana scriptam reperi, magis ne quid desideraretur, quam quod aut tali interpretatione indigere videretur hoc poëmatum. Nihil enim istuc valde difficile aut obscurum. Sic igitur habet. οἵτινες γέγραπται μὴ Εἰς τὸν Επειός πέλεκις, λέγει δέ. Διέργη τῇ Αθηνᾷ ὁ Φωκεὺς Επειός τῆς τέχνης καὶ τῆς θηριώδης γέρεις Σπολίων, αὐτέγκεν, ὡς ποτὲ πύργων θεοποίητων κατέκειπε τὸ τεῖχος, οὐκέτη τῇ ιπαποιητῷ κῆρι, καὶ πυρεπνόφ τηλι πόλιν ἔκβασεν. Διὰ χάρη ἵπασου Εἴλοι Ιλιον Εμλιεσ, καὶ τοὺς βαδυπλούστεροις διάκατοις ἐκ βαθέσσῳ ἔσσοσιν Επειός, δις οὖν ὡς τοφεμάχοις σταριθμίοις, δύο δύο κρηνῶν καθαρεύον πόμα ἐφερε τοῖς Αχαιοῖς. νῦν δὲ ἔχειρισσεν Εἰς Ομήρου πότον διὰ τῆς Αθηνᾶς χάριν. μακάρειος χάρης δι. σὺ δύο ψυχῆς Εἴλεος. παῖς γάρ τοισι τῷ καὶ ηδύμυνα δεῖ τοῦτον οὐδεκαλούσθει. Nunc quare quadam in vulgata editione mutauerimus, restat ut indicemus, & nonnulla etiam explicemus, nondum satis intellecta.

Ἄνδροθά] Sic vocat Mineruam, quod fortis & bellicosa diua sit, quasi *ἀνδρεῖας* *θεᾶς*. *vetus Scholion ad hunc locum:* ἀνδροθά ή ἐπανδρός *θεᾶ*. *οὐκέτι ἦτι* *διὰ τῶν τέ οὐρανὸς τὴν πύργον καὶ ἀνδρεῖαν ἐστιν* *μαστούς*. quod ad *ἀνδρεῖας* pertinet, verum est; quod ad *πύργον*, *nugæ*.

Κερτερῆς μηδοσείας] Ita recte legitur, ita etiam citat Hephaestion. in veteribus tamen membranis, *κερτερῆς* scriptum, quod ferre non potest versus, & pro *μηδοσείας*, correctum *ἀνησυχίας*. quid sit, nescio. forte voluit, *δημοσείας*, a *δέμῳ* vel *δήμῳ*, quod est *αἴδικο*: vt *δημοσεία* fabricationem, & architectationem equi Durij significet. sed *μηδοσείας* verum, & recte Græcus interpres, *τέχνης τὰ* *θετικοῖς* exponit.

Ηεξ. τίνων] Vulgo legitur, & ita apud Hephaestionem excusum est, *ἥξει τίνων*. Sed prima in verbo, *τίνει* fere semper producitur. *τίνει* igitur quod habebant membranæ, malui. non tamen ignoro, primam in *τίνων* & *τίνει* apud poëtas indifferentem inueniri.

Τῷ πόκα πύργῳ θεοτεύκτων κατέβαλλεν αἴπος] Prius legebatur, *φόνος*, *αἷque bene ad sensum, sed versus rationi parum apte.* pro illo autem *φόνος* quod in vulgatis erat, legendum putabat vir doctissimus, *δημοσιός*. Itane, inquiebat, securicula sua mœnia illa, tursesque *θεοτεύκτου* demolitus est Epeus? fuisse enim lignarium fabrum Epeum, non lapidum quadratarium. sed illud *δημοσιός* & versui multum officit, & ad sententiam nihil facit. nam

AD SIMMIÆ RHODII SECVRIM. 203
si ita legimus, *Ωπασ' Επειὸς πέλεκυς ὅπωνα πύργον* *θεοτεύκτων*, pro Choriambico, quem metri ratio postulat, pœnem primum habebimus. ex illa porro lectione hæc sententia surgit, Epeum tunc Securim suam Mineruæ dedicasse, cum turres Troianas diruisset: at in sequenti versu hoc idem dicit: *τάμες ἐπεὶ τῷτι ιερὸν πόλιν ἤθαλωε*. vbi quid hac repetitione opus esset, *Τάμες ἐπεὶ*, si *ὅπωνα* hoc loco posuisset? sed non male Epeus dici potest, illa securi turres & mœnia Troiana dissipuisse, qua ligneum equum fabricauit, cuius equi opera turres illæ dirutæ sunt & dissipatae.

Τάμες ἐπεὶ τῷτι ιερὸν] Ιερὸν πόλιν, Ilium vocat, quod a Neptuno & Apolline mœnita fuisse dicatur, vt cum Plauto dixerim: *Pergamum diuina mænitum manu*. Hinc *πύργος θεοτεύκτου* superiore versu dixit.

Δαρδανίδην χρυσέαφες τ' ἐνφύξεις ὅπερ *θεμέθλων* *ἀνακτᾶς]* Xrysobœaphes ex membranis restituimus ad integrandum versum, qui vulgo una *συζυγίᾳ* mancus & mutilus excudebatur. nam cum pentametros esse deberet, vt esset *ἀνησυχοφος* illi superiori cui respondet, *τῆμες ἐπεὶ*, tetrametros erat tantum. melius tamen fortasse legeretur: *Δαρδανίδαι χρυσέαφη* *τῇ ἐνφύξεις ὅπερ* *θεμέθλων* *ἀνακτᾶ*, vt de Priamo intelligamus. Sed & *Δαρδανίδας* *ἀνακτᾶ*; de Priamo & Priamidis intelligere possumus. nam sic etiam Euripides *Iliadæ* *βασιλῆς* dixit: *ἀπὸ δὲ φθίνοντος Βερσάνιν Ιλιάδας βασιλῆς*.

κνεὶ πνείνει πόλιν ἡταλωσέν] Perperam in membranis, *κνεὶ πνείνει*.

Ἄλλ' εἰπόντες καράβην τὰ μακρά κέμιζε δυσκλής] Ibaeū habebant veteres membranæ, & supra correctum καθαροῦ. Sed iθαρῆ rectum est. Hesychius: *ιθαρῆς, ταχίσιν, ιθαρῆς, καλᾶς, καθαρῆς, κύφας, λύγρης, ταχεῖας.* δυσκλῆς autem pro δυσκλεῖς reposuimus, quod ita posceret versus.

Σάντιοι χάριοι πολύτελε Πιθαγόρας] Scriptum editi exhibebant, σάντιοι χάριοι ὡς πολύτελε Γρηγόριος, contra legem versus.

Οὐλός ὄλεος αἴτιος πνεύματι] Ita membranæ, quod sequuti sumus. nam τὸν ὄλεος αἴτιον πνεύμα, ut erat in editis, non recte dici arbitror. legi poterat, τῷ ὄλεος αἴτιον πνεύμα. τῷ enim breue esset, in sequente vocali. Sic prima in *ωρά* breuis apud Theocritum, & prima in *ῳδῇ* apud eumdem hunc Simmiam. vide quæ supra notauimus ad Ouum. αἴτιον πνεύμα perperam etiam legebatur pro αἴτιον πνεύμα. nam versus id se ferre posse negavit.

Τὸν Βίων κλυτοῖς ἥστε θεοῖς] Sciolus aliquis, qui videret, huic Securi manubrium deesse, hoc pati non potuit, & istud de suo addidit. impudentissimum vero oportet fuisse, qui sic posteritati voluerit imponere, & imperitissimum, qui cum manubrium huic Securi putaret inferendum, tam male illud dedolauerit. Deinde ita male, & inconuenienter aptatum est, vt si sententiam eius spectes, nusquam cohæreat, nec cum vlla Securis parte quadrare possit. plenus enim & absolu-

tus vndique huius poëmatij sensus, ab extremis vtrimeque partibus, vsque ad medium, qui locus erat proprius manubrij: sed ibi qua ratione possit hærere non video. nam quo refers illud, τῷ Βίων κλυτοῖς ἥστε θεοῖς? ad πέλεκυς scilicet. atqui nulla ibi πελέκεως mentio. Præterea cum omnes huius poëmatij versus, αἴτιοι sint τοιοι αἴτιοι φοι, cur hic solus αἴτιοι suum non habet? Commodo sane duo versus capere poterat manubrium, nec ea re iustum crassitudinis modum excederet, cum Theocritus singulis quibusque Fistulæ suæ canis binos versus impenderit. Sed age, paulo pensatius istunc insititum, commentitiumque versum examinemus. τῷ Βίων κλυτοῖς ἥστε θεοῖς: quam Securim Bion inclytis cecinit Dījs. De Bione falso. nam certum est huius poëmatis auctorem esse Simmiam. mentitur impudenter quisquis est, & Bonis nomen ad fucum faciendum nobis obtendit. At enimvero quid est, αἴτιον πέλεκυς θεοῖς, canere Securim Dījs? aut quinam sunt illi κλυτοὶ θεοί? Dedicauit olim Epeus Mineruæ Securim, qua Durium equum fabricauerat: hanc dedicationem inscriptionemque, qualem ab Epeo fuisse positam, erat verisimile, versibus inclusit hic Simmias, & sub Securis figura repræsentandam curauit. Hoccine est canere Securim: pudet pigetque ineptiarum. Sequitur, Podōι κεχαώς. Rhodium Bionem equidem nullum noui: quod enim de Smyrnæo Bione heic accipiunt, eumque Rhodi fuisse volunt, verbo refutari non merentur. Sequitur, ὁ δῆρε πολύτελη

μέτρα μολπᾶς. apage hunc inuentorem. sed vbi-
nam sunt illa πολυέργη μέτρα quæ inuenisse glo-
riatur? nam in toto hoc carmine nulla sunt πολυέ-
ργη μέτρα, sed omnia Choriambica pura. idque
genus, vnum esse ex illis decem principalibus &
prototypis metrorum generibus, nemo ignorat.
nullum igitur in hoc poëmatio metrum πολυέργων,
nisi hoc vnum, quod etiam est κακόέργων. Sed μέ-
τραι πολυέργων, non sunt μέτρα πολυέργη. Quis ve-
ro non videt, hæc πολυέργη μέτρα μολπᾶς, ex illis
Oui Simmiæ sumpta esse, πολύπλοκα μέτρα μολπᾶς.
His breuiter examinatis, supereft ut doceamus,
quamobrem Simmias huic Epei Securi manu-
brium non apposuerit. Sciendum est, hoc ποιμά-
νον, inscriptionem esse Securis ab Epeo dedicatae,
quam poëta, vt iam diximus, Securis effigie for-
matam exhibuit. quæ autem Dijs dedicabantur,
& appendebantur, siue arma essent, siue instru-
menta fabrilia, seu res aliae quæcumque, ea moris
erat, parte sui mutilari, ne in usum hominum
conuerti possent, neue parata, aut ad manum
essent vti volentibus. Secundum hunc morem E-
peus cum Securim dedicaret, manubrium exemit.
Hinc Simmias, qui figuram exhibebat securis ab
Epeo dedicatae, eam sine manubrio repræsentauit.
sic de clypeis dedicandis, lora & ansæ qui-
bus tenentur, tollebantur. Aristoph. in Equi-
tibus:

Οὐ γὰρ σ' ἔχειν Εἴσῃ φιλέσ τὸν δῆμον ὃν ταργοῖσι
Ταῦτας εἴπειν αὐτοῖς τοῖς πόρπαξιν αἰστεθεῖσαν.

Scholiaстes: αἰεὶ θεοῦ οὐδὲ τῷ πολεμίῳ ὄπλα, αἴτιον
τῷ ὄχθισι, οὐ μὴ ἐπίμως ἔχων ἀλλίς χεῖσα. sic
vestes consecrandas priusquam eas tholis suspen-
derent, scindebant & lacerabant, ne cuiquam
vsum esse possent. Hesychius: καταγίσας, καταχίσας.
οἱ γὰρ διάβατες ἵματα κατέχιζον αὐτῷ οὐ μὴ ἔχων
τῷ οὔπλῳ τὸν πελέκεων ἐμβολόμανον. Οπή huius πελέ-
κεως, est inter illas duas iambicas clausulas,

Οὐδὲ ὄλος

Αεὶ πνεύ.

Nemo vero nisi iniquus aut imperitus istoc no-
mine nos reprehendere poterit, quod de optimo
poëmatio, pessimum versum, & de bona Securi,
malum manubrium sustulerimus. magis miran-
dum δὲ νότια huius periodi viris doctissimis
non suboluisse hactenus. Hæc autem opuscula
Simmiæ siue πάγια, vt vocat Hephaestion, ex
libris eius diuersorum poëmatum desumpta esse
suspicio. Scribit enim Suidas, quatuor libros Δια-
φόρων ποιμάνων eum reliquise: eaque citat He-
phaestion: Σιμμίας δὲ ἐπεπήδει σὺν τοῖς ποιημασιν τοῖς
πλείστοις κρηπίκοις τῷ φαλακρῷ.

Μᾶτερ δὲ πότνια πυμφᾶς αἰρεῖν

Δαέτι πυμφύπων ἡρεύ δύσιν μυχῶν.

qui versus non satis emendate leguntur in edi-
tione Hephaestionis. idem de trimetro anapæsti-
co: τῷδε τεμέντῳ Σιμμίας ὁ Ρόδιος ὄλον δὲ ποιμάνων

ἔγαλον. Genus etiam metri ab ipso Simmiacum appellatum est, antispaisticum nempe hypercatalecticton. idem Hephaestion: Σιμιάς ἡ κατὰ τὸν οὐρανόντων κέχενται.

Tὸν δυγκὸν Μεσμύπτων φόνον, αἵ παθεφόνων ἔειδοι.
Sic inter varia eius poēmata vel ποιημάτια potius, videntur etiam hæc fuisse, Ouum, scilicet, Alæ, & Securis.



ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΣΥΡΙΓΞ.

Οὐδεὶς δύναταιρε, μακροπολέμῳ δὲ μάτηρ
Μαῖας αἰτίπεροι δοὺς τέκει ιθιατῆρα.
Οὐχὶ κερδίσαν ὃν ποτε θρέψας ταρπάτωρ
Αλλ' ἐ πιλιπτὲς αἴτη πῆνος φρένα τέρμα σάκος
Ωιώομι ὅλη, δίζων, οὐ ταῦτα μέροπος πόθον
Κούρες γηρυζόνται ἐχε ταῦτα μέμιδεος.
Οι μοίᾳ λιγὺ πᾶξαν ιστεφαίρ
Ελκος ἀγδυμα πόθοιο πυειομαρείζου.
Οι σθέσει αἰρόεσσα ισαεδέα
Γαππασφόντ, Τυεία τ' ἐρρήγε.
Ωι πόδε τυφλοφόρων ἐργάζου
Γάμα Πάεις θέτο Σιμιχίδας.
Τυχόν αὖτε βερβεᾶλον
Στίζεις οἰτρε σαέπτας
Κλωποπάτωρ, ἀπάτωρ,
Λαριακόγυε χάρεις,
Αδύ μηδισθοις,
Ελοπι κούρα,
Καμπύσα,
Νηλαδίσα.





CLAVDII SALMASII

N O T A E.

N hac explananda Theocriti Fistula, non tantum nobis laboris capiendum fuit, quantum in præmissis opusculis, non quòd vlli ex ijs difficultate cederet, sed quod felicius doctissimis viris, eius explicatio cesserit, qui cum prorsus in alijs omnibus, excepta Securi, nihil vidissent, in isto poëmatio saltem aliquid viderunt. in plerisque tamen eos hallucinatos esse ostendemus, & Græcum cum ijs interpretem, cuius vnius auxilio freti, in hanc obscurissimi opusculi enarrandi viam ingressi sunt. Fistula vel Σιενης hoc θυργαμψαλον inscribitur, την της χρηματος, vt Ouum, Aræ, Alæ, & alia huiusmodi, quæ in superioribus habuimus. Hoc enim ordine compacta est, vt a maximis & longissimis versibus incipiens, in minimos & breuissimos definet, eodem plane modo quo pastoritiæ Fistulæ.

Fistula cui semper decrescit aruntinis ordo:

Nam calamus cera iungitur usque minor:

Sic in hoc poëmate, longis versibus semper subiiciuntur minores: bini autem versus semper vnum Fistulæ calamum constituunt. Ita igitur dispare sunt omnes, in morem disparium Fistulæ canna-

CL. SALM. NOT. AD THEOCR. FISTVLAM. 211
rum, vt tamen positis vbiique, binis paribus, qui cannam vnam reddunt, tota disparitas in decem binis consistat, quot numero cannæ vel calami in hac Fistula constituuntur, cum vulgaribus fistulis septem tantum inessent. Virgil.

Fistula disparibus septem compacta cicutis.

Sed cur Theocritus hanc Fistulam ex decem calamis composuerit, & compegerit, cum vulgo ex septenis compingi moris esset, nemo hactenus quæsiuit, nemo etiam fortasse sciuit. quam veram, vel verisimilem saltem huiusc rei causam esse mihi persuasi, hæc est. Theocritus cum Bucolica sua absoluisset, Fistulam, pastoralis illius & rusticæ suæ sibi Musæ instrumentum, Pani dedicauit, illo more, quo reliqui solebant artifices, opere aliquo eximio perfecto, artis suæ instrumenta, Dijs artis præsidibus suspendere ac dedicare. Sic gladiatores, postquam delusissent, & pugiles, qui l. gem pulueris & cibi resoluerant, vt ait ille, arma & cæta Herculi appendebant. ita Theocritus nunc Fistulam Pani dedicat, post την επωλησθη ερδον, votum pastorali ac sylvestri Deo soluens, & illius agrestis Musæ præstigi. hanc autem Fistulam, quam Pani dedicatum iuit, ex decem calamis struxit, ex numero scilicet bucolicarū odarum, quas ad illam cecinerat. Nam decem tantum Eclogas Theocriti mere bucolicas esse, testatum reliquerunt veteres critici. Seruius: *Sed est sciendum sex eclogas esse mere rusticas, quas Theocritus decem habet.*

Ab illis igitur decem Eclogis, decē calamos in hac

sua Fistula qua pastorum lusit cantilenas, & quam Pani nunc dedicat, posuisse videtur Theocritus. Versus autem Σύειος, καὶ χέον scripti sunt, non tamen αἰλυτήκοι, vt in Ouo & Securi Simmiæ, vbi primus vltimo, secundus penultimo, respondent, & ita deinceps, sed καὶ ὁ δέλλης τάξις ὁ δέλλης οἱ αὐλιστέφορτες, vt magistri loquuntur. nam secundus primo responderet, tertio quartus, quinto sextus, & ita de ceteris.

Οὐδενὸς δύναται εἰπεῖν] Qui nunc primus est versus, antea secundus erat, priusquam illum eiecisset, qui primum locum occupabat, non iure suo, nec merito. Sic autem ille habebat:

Σύειξ οὐδορὶ ἔχεις, ἀδελφὲ σε μέτρα σοφίας.

quem versum Theocriti non esse, qui minime videt, is quid videre possit nescio, tot causæ sunt, quæ Theocrito illum adscribi non posse vincunt. primum cum omnes versus in hoc poëmate ὁ δέλλης sint, & bini bini incedant, cur hic ὁ δέλλης suum non habet, aut cur terni pro binis heic positi, cum reliqui per binos, vsque ad finem procedant? Deinde cum totum hoc scriptum sit αἴγιματῶδες, immo cum totidem pene ænigmata, quot verba sint, cur hic solus primus versus, planus & apertus & nulla caligine obrectus? non autem hic poëtis mos est, vt qua de re per ambages, & ænigmatum tenebras scripturi sunt, eam rem primo statim versu & in ipso limine operis, nude ac simpliciter proponant, & palam indicent. quod heic tamen facit Theocritus, Σύειξ plane

& aperte nominando, initio carminis, quam paulo post μελανητίκας ἔλκος appellat. idque valde esset ridiculum & absurdum, vt quam rem suo nomine prius nuncuparit, eam postea non suo, sed per μελανήψιν sumpto nuncupatum eat. præterea nullam connexionem habet hic versus cum reliquis, sed separatum & abscessum a sequentibus sensum gerit, ita vt inscriptio potius poëmatij, quam carminis initium videatur esse; nec ea quidem ab ipso poëta profecta, sed ab aliquo imperito conficta, qui nec Græce sciebat, nec syllabarum modulos tenebat. Et nisi mea me coniectura fallit, idem auctor fuit huius fictitiae θηγαφῆς, qui & illius commentitij versus, pro manubrio ad Securim appositi. nam vt ibi ἀδελφὴ πέλεκω dixit, ita heic ἀδελφὴ σύειξα. ἀδελφὲ σε μέτρα σοφίας. vbi etiam secundam in σοφίας producit, more illius seculi barbari & inficiet, quo omnes syllabæ indifferentes erāt. abeat igitur hinc quo dignus est, cum suo illo pari, & gemino germano, quem supra expunximus.

Οὐδενὸς δύναται εἰπεῖν.] Mirifice heic nugatur Iohannes Pediasimus, de ventosis procorum, & Penelopes nuptijs. Κρέτης, & οὐτις σιωπῶντα sunt. Vlysses apud Cyclopem οὐτινος se vocari dixerat. Theocritus more suo, Κρέτος heic pro οὐτινος posuit, μελανητίκας, & Vlyssem intellexit.

Μάγος αἴγιμεθο] Ita in optimo codice scriptum erat, & id nos sequuti sumus. vulgo, αἴγιμεθο, quod nec ipsum quidem improbamus, sed illud magis probamus. Αἴγιμος dicitur Iuppiter, quod

lapis pro ipso datus sit Saturno deuorandus. Hanc lectionem etiam agnoscit vetus interpres. τινὲς, inquit, οὐτιπέρ τὸν τὴν αἰτίαν πέντε γελυθῆται φασίν, ἵνα δὲ πέρι τοῦ Ζεύς μήδοντες οὐδὲνόν τι πέντε εἴδην πάντα Κεῖται.

Oὐχὶ κεργίσαντο] De Comata eum loqui velle, non obscurum, quem Comatam multis laudibus prosequitur Eidyllio septimo. Κεργίσας autem & Κομάτης sunt συνώνυμα, ut κέρας & κόμη. hinc Κεργίσαντο heic ἀντὶ τῆς κοματίδης posuit. Hesychius: κεργίσης, κομιστής, ἀγιλέτης. Εἴδος ὁ φεύγως, καὶ ὁ κέραζα ἐγένετο. idem, κεργαταῖς, κομιταῖς, πολεμικοῖ.

Αλλ' οὐ πιλίπτες αἴτε πέριος φέρεια πέρμα σάκους] Ita nos olim legéduum conieccimus, ex vestigijs scriptæ lectionis: Αλλ' οὐ θειλίπτες αἴτε. & conjecturam nostram probavit, & laudauit magnus Scaliger, cum hanc illi ante hos decem annos per litteras communicassem. Pan amauit πίτιν. si πῖ detrahas, remanebit ἵπτος, quod est πέρμα σάκους, hoc est circumferentia, & exrremitas clypei. ἵπτος enim, ut omnes sciunt, πάντος τοιχίφερος οὐ τελθυτῶν μέρος. πιλίπτες igitur πέρμα σάκους, est ἵπτος, cui deest πῖ, littera: quam si addideris, efficies illam quam Pan amauit, hoc est πίτιν. De Pinu a Panc amata extat historia lib. II. γεωπονικῆ a Cassiano Basso compilatorum: Λί Γίπτος κόρη θλιούμην οὐ τοφέπερον μετασολιὰ φύσισσας οὐ ἔρωτος μητρος πέριελαύνειν. Ήρα μὴν γέρο τῆς κόρης ὁ Παι. αὐτήρεια οὐ ζεύτης καὶ ὁ Βορρᾶς. Vide reliqua. Hinc passim pinu coronatus apud Poëtas Græcos & Latinos Pan inducitur. Tibullus:

¶ Arcadio Pinus amata Deo.

Oὐώομ' ὅλον, δίξων] Sic distinximus. nam prius
legebatur: οὐώομ' ὅλον δίξων. nec minus in isto,
quam in superiore explicando loco frustra fuere
interpretes. nam quod volunt, nomen heic pos-
tum pro forma, & duplicem Panis formam intelli-
gi, quis non risu dignum existimet? ὅλον & πᾶν
idem significant: nam vtraque voce *totum* signifi-
catur: quod nemo ignorat. Dicit igitur τὸν Γαῖαν,
οὐώομ' ὅλον habere, quod Γάνη scilicet vocetur, quæ
vox Græcis Θόλοι significat, Θόπον scilicet: nam
Πατὴ & πᾶν solo accentu differunt. δίξων autem Pa-
nem appellat, quod semiuir sit, & semicaper, quasi
ex duorum diuersorum animalium forma compositus.

O Τεῖς μέρην πόθο] Hæc de Syringe accipiunt, quam puellam Pani amatam esse constat, & in cannam conuersam: sed mirum est, omnia quæ heic dicuntur, ad puellam non posse referri, sed ad Fistulam. nam μέρη, vocem variam habens. & γηννυοντα, ut vulgo legunt, hoc est *puella vocalis*, & δημηδην, *ventosa*, seu *inspirabilis*, nullo modo dici queant de Syringe puella, sed de Syringe tantum iam fistula facta. Atqui perquam incepsum esset, ei puellæ quam Pan amabat, eadem illa omnia attribuere, quæ attribueretur, iam in harūdinem cōuerſæ, iam fistulæ factæ. Hoc enim plane esset dicere: *Pan puellam Fistulam amauit, ex qua postea Fistulam fecit.* Immo illa puella cuius amore Pan incensus est, primum in cannam mutata est: deinde ex illa canna Pan sibi fistulam confecit, & compegit. Non

de Syringe igitur hæc accipienda, sed de Echo, quam amauit Pan, ut poëtarum fabulæ passim teſtantur. Hinc *Pan's echo* quidam epigrammatus vocat. Moschus:

Ἡρε Παν Ἀχως Τεις γέτονος, ἥρετο δ' Ἀχω
Σκυρτῆσ Σαπίρω.

Mēgpos πόθοι Echo intelligit: *mēgpos* autem *Hχω* dicitur, quod *mēgpos* τῆς ὄπος reddat, partem scilicet vocis, & non totam. Hinc Epigramma Græcum eam appellat, *φωνής τεύχα, ρήματος οὐραγίην*.

Kouleis γηρυζόνας] Ita emendauimus, & scriptorum, & excusorum codicum lectionem, *γηρυζόνας*. *γηρυζόνα* autem κούλει est *Hχω*, quod de voce scilicet, nascatur. Hinc *vocis filiam* eam quidam dixit, quod in Syringem vel Fistulam non possit conuenire. *γηρυζόνη*, ut *βγζόνη*. Sic enim apis appellatur. Varro: *denique ex bove putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres, a quo eas Graci βγζόνας appellant*. perperam viri docti ibi emendant, *βγζόνης*. *βγζόνης* quidem dicuntur *μήλαναι*, sed & *βγζόναι* non minus. nam *βγζόνος*, & *βγζόνη* *γηρυζόνος*, *γηρυζόνη*; *πηλοζόνος*, *πηλοζόνη*. & similia sexcenta.

Tueīdu δ' ἐρρύναι] Membranæ tantum habebant, *Tueīas τε*, imperfecto versu, quem ut supplerent, ᾱφείλετο, additum est a doctis hominibus: imperfectum reliquissent, mallem. Ego vero, *Tueīas τ' ἐρρύναι* legendum collegi, certissima conjectura ductus, ex paruulis glossis in veteri membrana mihi repertis, quæ *Eύρωπην γυβωναῖ*, interpretabantur. non aliter igitur legit earum Glos-
sarum

ſarum auctor, quam *Tueīdu τ' ἐρρύσσετο*.

Ωι Τεις του φλοφόρων εργάτων] πήρε Græcis & peram significat, & cæsam. κατὰ μετάληψιν, το φλοφόρων posuit pro πήρε φόρων. πήρες accentu in ultimam retracto, τὸ ἔτεον καὶ φωνῶν significat. πήρες vero cum circumflexo, cæsus dicitur. ita Hesychius. quam tamen differentiam alij non seruant. vetus scholion nondum editum, ad hunc locum, το φλοφόρουs interpretatur Τεις αὐγούσιος. επει πήρες φορεῖσθαι, inquit, πήρε τὸ φλοφόρων μή.

Πάεις θέτο Σιμιχίδας] θεόχριτο vocavit Parin auctor βαρύτονα,

θεοχρίτο κλαῖσ.

quod Deas scilicet iudicari. at μεταληπτικῶς Theocriti critus heic se Parin appellat, quod Paris θεοχρίτος. Pro Σιμιχίδας scriptum erat in membranis, Σιμιχίδας, & supra correctum Σιμιχίδας. sed Σιμιχίδας verum. nam a σιμέσ σιμίχρος. ut a τεινος τινιχρος, & similitia, quorum forma Dorica est.

Ψυχὴν αἱ βερτοβᾶμοι] Hæc perperam distincta legabantur in editionibus, ad hunc nempe modum:

Γάρ μα Πάεις θέτο Σιμιχίδας.

Ψυχὴν, ᾳ βερτοβᾶμοι.

Ψυχὴν autem iungendum cum χάρεσι. Ψυχὴν χάρεσι. sic apud Homerum: φύγεται Ερεστα Δανώ.

Στιγμοῖσπε Σαέπης] Laborabat hic versus in editis. cum enim trimeter acatalecticus esse deberet, & αὐτιστέφει illi qui præcedit, ψυχὴν αἱ βερτοβᾶμοι, erat tantum trimeter catlecticus, una syllaba minutus.

Σαέτης autem reposuimus, pro eo quod erat scriptum in membranis, Σαέτης. sic supra in βωμόν του μηδεποτις pro μηδεποτις, scriptum reperi. de quo scribendi genere aliquid in superioribus diximus. Στήλη Σαέτης vocat Omphalen, a Saettis vrbe Lydiæ, cuius rara mentio apud veteres. Σαέτης autem vocabatur illa vrbs, quam corrupte recentiores Σέτης vocarunt. ita enim eius vrbis nomen apud Ptolemæum in scriptis codicibus exaratum inueni. sic enim habet ille in descriptione Lydiæ: Σέτης μεθοῖς Μυσταὶ καὶ Λυδίαι καὶ Φρυγίαι, Δάλδα, Σέτης, Κάδος. ita libri veteres. nam in editionibus excusum est, Σαέτης. vetus quoque interpres, Σέτης legit. sed minime dubium esse potest quin Σέτης pro Σαέτης corruptum sit. in vetusto libro περὶ βαθὺς σκαλησικῶν memini legere, Μάγιστρον urbem Lydiæ, quæ olim Σέτης diceretur. hinc Στήλη Σαέτης Omphale appellatur, hoc est mulier Lyda, ut etiam heic interpretantur veteres Scholia. Sed Σέτης male pro Σαέτης scribebatur.

Ελλοπικύρα] Muta hæc puella est Echo, quæ vocis quidem simia dicitur, sed ipsa nec vocem habet nec linguam. hinc ἀγλωασ in veteri epigrammate appellatur.

Ποιητίδιν ἀγλωασ αὐτὸρα διέπεται Αχεώ
Αντί θεος πλαστὸς υπερφύσιον ὄπια.

Sic enim illi versus legendi sunt.

Νηλοῦτο] Vetus poeta de Echo:

Τινὸς ἀθρῆστη διάβατον οὐδὲ τοῦτο.

Præter hæc παιγνία quæ vulgata sunt, & a nobis exposita, σφαιραὶ & θεόντων citant veteres Grammatici, quæ ad nos non peruererunt, ἀπὸ τῆς χίμαλος ita appellata, vt hæc fistula Theocriti, & Ouum Simmiae, & Ara Dosiadæ cuim reliquis. Interpres Hephaestionis: σύγχρυμα ὁ πέλεκυς. ἐπεὶ καὶ μέμον πελέκως στύπτεται. μακέσιν γδέ εἰκατέρωθεν τέθεικεν. ἔστι δὲ σφαιραὶ καὶ θεόντων σύγχρυμα καλούμενον. Eustathius illud ποιημάτιον σφαιραῖς inscriptum, Orpheo auctori vulgo ascriptum fuisse refert, & in honorem Lini compositum. ἀνόμαστη δὲ Λίνος Θεοῦ τον αὐδίκον εἶδος, ή αἱ μὲν λίνου ἥπαι χορδῆς αἴδομεν, ή ἀπὸ Λίνου αἴδομεν ἡρωας. φασὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ ποιημάτιον ἐπὶ τῷ Λίνῳ εἴτε δὲ σφαιραὶ μὲν καλεῖται, εἰς Ορφέα δὲ ἀναφέρεται. Videor etiam alicubi legisse Λαζαρειθον εἶδος ποιημάτος fuisse, in modum Labyrinthi compositum. atque hæc haec tenus.



OMISSA ET SVIS LOCIS
ADDENDA.

Pagina 17. *versu* 12. quod Aeolum proprium est. *adde*. Incerta porro huius loci scriptura fecit ut hunc versum ita redderem:

Cuique hominum curæ res sunt Rhamnusias Vpi.
cum respicerem scilicet ad verbum ὅπιζειν, a quo dictam volunt τιλ Οπιν. si ὁρέσις cum Casaubono placuisset, tum sic vertissem,

Quaque hominum facta inspectas Rhamnusias Vpi.
Legenti vero ex nostra coniectura ἐλάδεις, vertendum ita fuerit,

Quaque hominum male facta agitas Rhamnusias Vpi.
Ἐργα Βεστῶν heic dixit auctor ut Catullus *facta virū* de malefactis, in carmine de Nuptijs Pelei & Thetidis.

*Quare facta virū multantes vindice pœna,
Eumenides.*

Vera igitur lectio, ἐλάδεις, & ἐλάδεις scriptum pro ἐλάδεις, ut infra ῥητεί, pro ῥητεί, & οὐκα pro οὐκα.

Pag. 24. *vers. 5.* nec omnia fas est scire. *adde*. pluribus tamen infra de huius Triopij appellatione disseremus, & dictum ἀπὸ τῆς τριεῖν ὅπων asseremus, hoc est, *a tribus ingressibus*, vel quod tres fines spectaret, & in trifinio positum esset. quæ vera ut non sint, saltem verisimilia videri possunt.

Pag. 25. *vers. 25.* Eteoclem. dele illa verba, in hoc autē Triopio κιόνες Δήμυτρεος καὶ Κάρπου statuuntur ab eius loci dedicatore. & in eorum locum hac reponere. Sed mul-

tō probabilius est memoriæ vitio lapsum esse huius inscriptionis auctōrē dum ea scribit de Triopā quæ alij omnes de Erysichthone Triopæ filio tradiderūt.

Pag. 30. *vers. 7.* quatuor elementorum charactēres. *Omiserunt heic opera aliquot lineas.* quare totum hunc locum sic scribe & supple. Primum errat in eo quod putat aliam formam Ionicarum litterarum fuisse, atque illarum quibus omnis Græcia vsa est post repertos viginti quattuor elementorum characteres: Deinde male Ionicas litteras & veteres Atticas easdem facit, cum satis certum sit alphabetum vinginti quattuor litteris constans quo hodieque Græcia vtitur, recens & Ionicum esse inuentum, cum Atticum illud vetus esset & illius temporis quo sexdecim tantum litteras in alphabeto suo numerabant Græci. Nam is vetustissimus in Græcia litterarum numerus fuit, &c.

Pag. 32. *vers. 17.* Simonide Coo vel Ceo. *adde*. Sed de Simonide videtur illud obstare quod Cos insula non Ionici sed Dorici generis fuerit. Strabo lib. xiv. Δωρεῖς δὲ εἰσιν ὡστερῷ καὶ Αλικαρνατοῖς καὶ Κύρσοι καὶ Καλοτ. Tzetzes in Historico, homo inepte gloriosus & ambitiosus, cum vulgo Simonides longas litteras reperisse perhiberetur, vtrum Samius illas Simonides an qui Ceus fuit, repererit, nescire se profitetur his versibus:

Τὸν Σιμωνίδην λέγουσιν ἐφεύρετιν. ὁ πρόχιτρος

Τοῦ ἵππα παλιῷ καὶ τῇ Ὀλυμπίᾳ οὐ μακραῖ λέγω.

Εἴτε Γερτώ Αρμόρου δὲ τοῦ Σαρμονού σκύλοι,

Εἰπε Τυλεωπρεπέος Τυληφόρου γινώσκω.

Samus sane τὸν Ιωνικὸν ἄρχοντα fuit. videndus Herodotus in prima musa. Sed quis Samium Simonidem nouit? Nam quem heic Tzetzes Samo oriundum, Amorgo patre natū dicit, eum esse putē quem domo Amarginum, Crinæ filium fuisse & iamborum scriptorem veteres tradiderunt. Amorgus autem insula vna ex Cycladibus, vel vt alij, Sporadibus. Strabo: ἔστι δὲ τὸ Αμοργὸν τὸ Σποραῖδων, ὅπερι λέγεται Σιμωνίδης ὁ τὸν ιάμβον ποιῶν. Vide & Stephanum αὐτὸν τὸν ἐπιγράψαντα. Suidas hunc Amarginum Crinæ filium facit. non defuerunt tamen qui hunc Amarginum Simonidem Samium fuisse vellent. Proclus apud Photium: οἱ μέσων δὲ ποιῶν, Αρχιλόχος δὲ οἱ Παρθίων αὐτὸν Σιμωνίδης οἱ Αμοργῖνοι, οἱ άλλοι, Σάμιοι. Enimuero inter tantam varietatem opinionum de primis & vltimis litterarum inuenitoribus omnes ferme auctores ex diuerso in vnam sententiam venientes, scribunt Simonidem Ceum cæptam per alias Græcam litteraturam absoluisse. nec enim post eum aliis memoratur qui litteras aliquas ad illas sexdecim, quæ primæ omnium in usu fuerunt, adiecerit. Plinius lib. vii. cap. lvi. *Litteras utique in Græciam attulisse est Phœnices Cadmum sedecim numero. A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V.* quibus Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor hac figura, Θ. Ζ. Φ. Χ. totidem post eum Simonidem Melicum. Ζ. H. Τ. Ω. quarum omnium vis in nostris recognoscitur. ita legenda sunt verba Plinij. Marius Victorinus: *Scripperam autem vobis quantum repeto, & alia plura,*

inter quæ nostros antea, sicuti & Græcos quoque, XVI. litteris γραφοῦσι, ex quibus fuisse quinque vocales apud ντροφούσι. his postea quasdam a Palamede & alias a Simonide adieciātās implesse numerum XXIV. Suidas in voce Σιμωνίδης. τοιούτην γένη τὰ μαχαὶ τῷ τοιούτῳ χέρι, τὰ δὲ πλάτα. Τὰ μαχαὶ sunt H & Ω. τὰ δὲ πλάτα Ζ & Ψ. Plinius tamen Ζ a Palamede additam scribit non a Simonide. sed omnino in Plinio corrigendum est ad hunc modum: quibus Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor hac figura, Θ. Ζ. Φ. Χ. totidem post eum Simonidem Melicum, Ζ. H. Τ. Ω. sic Simonides repererit duas longas H & Ω. & duas duplices Ζ. & Τ. secundum Suidam, vel illum auctorem à quo habet Suidas, qui & voce Γαλαμηδης notat, quattuor Palamedem harum litterarum haberi auctorem, Ζ. Θ. Φ. & Χ. ita enim apud Suidam legendum: τοιούτης γέροντος τῷ Ζ. τοιούτοις, τοιούτῳ Θ τοιούτῳ Φ τοιούτῳ Χ. male hodie legitur τοιούτῳ Π. sic τὰ δὲ πλάτα τοιούτα μαχαὶ adinuenit Simonides, vt Palamedes τὰ δάστα. densæ vero sunt, Θ. Φ. Χ. nam Θ. vallet T H. & Φ., Π H., & Χ., K H. densas tamen illas, etiam duplices quidam vocarunt. nam duarum vicem litterarum quodammodo obtinent, propterea quod H nota aspirationis, cuius in se potestatem habent, in numero litterarum fuerit apud veteres. Meleager in quodam Epigrammate Χ litteram quæ inter densas ponitur διπλοῦν γεάμιμα Συρηκόσιον νομιζει.

Γυρικῶν εστίδης Καλλίστον, οὐ ξένε, Φησίδης,
Ηλλακταί διπλοῦν γεάμιμα Συρηκόσιον.

Cuius epigrammatis mentem non viderunt eruditi interpretes. nam quod putarunt per Διπλοῦ γέδυμα Συρκότον intelligi duas litteras Θ & X ab Epicharmo Syracusio inuentas, in eo falsi sunt, cum vnicam X litteram ita Meleager appellat. Si nudam, inquit, videris Καλλίστον, fatearis vocandam illam esse Καλλίχον, mutato T in duplēm litteram Syracusiam, hoc est in X. η X, vt dixi, Διπλοῦ γέδυμα vocat, quod potestate sit duplex, & valeat K H. Aristoteles porro non sedecim, sed decem & octo litteras prīscas litteras fuisse, A B Γ Δ E Z I K Λ M N Ο Π R Σ T Y Φ, & duas ab Epicharmo additas Θ & X censet apud Plinium loco iam dicto. quibus adde quatuor illas Simonides, duas longas & duas duplices, habebis viginti quattuor Ionicas. In illis autem sedecim prīscis quæ apud Plinium referuntur, perperā vir summus H ponendam putat, quæ non littera proprie, sed nota aspirationis fuit. Manifestum enim plane est contra sententiam Plinij eam in numerum sedecim illarum litterarum quas Cadmus in Græciam attulit, referri. qui cum Troiano bello quatuor à Palamede prīscis illis adiunctas narrat, Z nempe, & Θ, & Φ, & X: & totidem postea à Simonide, Ζ H Τ Ω, ijsque omnibus impleatur numerus viginti quattuor litterarum, locum inter eas nullum haberet Y: Eam tamen in vocalium ordine sedem habuisse tam apud vetustissimos Græcos quam apud Latinos scribunt Grammatici. Velius Longus: Ac primo eadem est nostrarum potestas vocalium; que sunt Græcorum apud antiquos

tiquos circa productionem correptionemque. Siquidem apud illos quinque tantum fuere vocales, α, ε, ι, ο, υ; atque hæ similiter producebantur corripiebanturque, sicut hodie α ι υ quæ appellantur apud illos κοινά. postea ut quidam putant, Simonides inuenit duas vocales quas dixit φύσι μακεχάς, η ζη ω, ut essent αι τις ζη ε, ζη ο, ut quomodo hæ litteræ longæ dicerentur η & ω, ita ζη illæ breues natura. Vides u in alphabeto Græco antiquo fuisse, priusquam a Simonide longæ ac duplices litteræ inuenirentur. Marius Victorinus: Scripseram autem vobis quantum repeto, ετ alia plura, inter quæ nostros antea sicut Græcos quoque xv. litteris γνοι: ex quibus fuisse vocales apud γνοιςque v: postea quasdam a Palamede, ετ alias a Simonide adiectas implesse numerum xxiv. ita enim legendus hic egregius Victorini locus. vulgo male scribitur: ex quibus vocales fuisse apud γνοιςque. his postea. dicit apud veteres Græcos & Latinos sedecim tantum litteras in γνοi fuisse, & ex his quinque vocales apud γνοi, A E I O V. in quo Plinio plane assentitur qui in sedecim illis litteris quas a Cadmo e Phœnico in Græciam allatas scribit, V quoque recenset & numerat. idem Marius: Nostri Latini cum litteris veterentur quas a Græcis acceperant, A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. ετ Græci vocales haberent totidem quæ ετ nos, A. E. I. O. V. nam H ετ Ω postea sunt ab his reperta. E εt O ternas apud eos habebant potestates, εtc. idem Victorinus: Repertores litterarum Cadmus ex Phœnico in Græciam εt Euander ad nos transtulerunt. A. B. C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. litteras

numero XVI. postea quasdam a Palamede, & alias a Simonide adiectas implesse numerum XXIIII. ita correxi-
mus apud Victorinum: vulgo enim vitiosissime in
illa litterarum enumeratione quas Cadmus ex Phœ-
nicio in Græciam, ex Græcia porro in Latium inue-
xit Euander, Q littera ponitur & V omittitur. e con-
trario Plinius in enumerandis sedecim litteris Cad-
meis recte Q omisit, atque V posuit. nam Q pris-
cam esse litteram & ex illis vnam quas Pelasgi in La-
tium attulerunt, nemo mihi persuaserit, qui sciam
multos ex veteribus superuacuam eam existimasse &
litterarum numero exclusisse, quoniam nihil aliud
sit quam C & V, & non minus possit scribi quis per
c, & u & i & s. de quo veteres Grammaticos licet
consulas. V igitur cum apud Græcos, tum Latinos
antiquissimos, vna ex quinque vocalibus fuit, & ex
sedecim litteris vna, quæ tum solæ in scribendo fre-
quentabantur. Aristoteles quoque apud Plinium in
illis decem & octo litteris quas statim ab initio fuiss-
e vult, eam posuit. in earum autem litterarum Ari-
stotelicarum numero male vir ille summus de quo
antea dixi, H notam aspirationis inseruit, & Z littera-
ram exclusit. Atqui si hoc fieri patimur, faceat
oportet, & alium sibi locum quam in Alphabeto
Græco querat hæc littera. Quippe cum Aristoteles
ad eas decem & octo, quas pro priscis habet, duas
Θ & X ab Epicharmo additas quam à Palamede ma-
lit, & quattuor postea ad illas viginti dicatur adieci-
se Simonides, duas nempe longas, H & Ω, duasque

duplices Ξ & Φ, quæ omnes viginti quattuor sunt:
aut in hunc numerum recipienda non erit Z, aut si
recipitur, tum viginti quinque pro viginti quattuor
ut agnoscamus Græcas litteras necesse est. Dederim
quidem hoc non inuitus, H litteram etiam fuisse
apud vetustissimos Græcos, non simplicem tantum
aspirationis notam, quoniam id veteribus quibus-
dam Grammaticis placere video, sed illud nun-
quam concederim, eam inter sedecim priscas illas
Cadmeas locum habuisse, aut in illis numeratam
esse. Nec enim in Latinum vetus Alphabetum in-
gressa est quod in Latium Euander introduxit, &
cum vetusto Græco, idem omnino fuit numero &
ordine, pæne etiam idem figura litterarum. Etsi alia
deessent, nonne hoc satis argumenti erat, quî pro-
baremus H de grege priscarum illarum litterarum
nunquam fuisse, sed extra earum numerum & ordi-
nem semper habitam? Cui post hæc potest esse du-
biu[m] quin Græcae litteræ veteres à Cadmo hæ fue-
rint, A. B. G. Δ. E. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. Σ. T. Υ. quibus
numero & ordine penitus respondent, & forma pæ-
ne pares sunt Latinæ istæ veteres ab Euandro, A. B.
C. D. E. I. K. L. M. N. O. P. R. S. T. V. Plinius cum litte-
rarum inuentionem ex Syria peteret, & eas sedecim
numero è Phœnicie in Græciam attulisse Cadmum
diceret, non alias tamen quam Latinas istas retulit;
quod cum Græcis veteribus eadem essent, à Pelas-
gis in Latium inuectæ. Sed in his male apud Plinium
G positum legitur, quæ recens littera est, & veteri-
FF ij

bus Latinis prorsus ignota fuit, apud quos C vice gammæ fungebatur, quam & effinxerunt ex rotunda Γ. pro G igitur in Plinio K reposuimus. ad illas autem sedecim, quæ primitus in Græcia vſitatæ fuere, & ex Phœnicijs ortæ sunt, subsequentibus temporibus octo adiectæ feruntur. Z. Θ. Φ. X. Ζ. Ῥ. Η. Ω. quarum primas quattuor quidam à Palamede, alij ab Epicharmo additas malunt. quattuor postremas Simonidem adieciſſe inter omnes fere auctores cōuenit. Saltem maior meliorque pars ita ſentit, & in eo conſentit. Ceterum quæſtione in primis dignum eſt, cum Simonides ille quattuor & viginti litterarum Græcarum numerum impleuiſſe & clauſiſſe memoretur, cur Græcorum recens Alphabetum, viginti quattuor conſtantis elementis, Ionicum paſſim ab omnibus appelletur? Ceus qui ppe fuit Simonides. Atqui Ceos nemo ignorat fuifſe Doricos, non Ionicos. Vnde igitur Ionicum Alphabetum dictum eſt, quod à Simonide Coo cōpletum & abſolutum eſſe perhibent omnes conſtanter? quod diu neſciui & nunc nuper didici, iam mihi faciendum videtur vt id opera mea ſciant ſtudioſi. Callistratum quemdam volunt Samium, Samus autem iſula ex duodecim Ionicis vrbibus vna, nouitias illas & addititias tam a Palamede quam a Simonide litteras, cum vagæ adhuc eſſent, nec ab omnibus obſeruarentur, vt pote quæ nulla lege nec ordine nec ſede tenerentur, in vnum eas corpus cum ſedecim prioribus redegiffe & conſclusiſſe prium;

certamque ijs ſedem in alphabeto adſignaſſe, atque ita vt communi conſenſu ab omnibus reciperenſur perfeciſſe. Suidas: *Σαμιοις δέρην αρχότοις τὰ καὶ γράμματα.* Tzetzes futilis alias auctor, ſæpe tamen vtilis:

Τὰ δὲ εἰκοσιπέτερα γράμματα καὶ σοιχεῖα
Ομοδοτίων παρέργα τε καὶ ἐν σῶμα φανέται
Παρὰ Σαμιοις δέρην αρχότον ἀρχαγραθῆναι
Διαὶ γραμματίκοδίνος τέλος καὶ τὸν Καλλιγράφου.
Ταῦτα συμβαμάτων αρχότον μὴν ἐχόντων ἐξ καὶ δέκα,
Εἴπα τὸν εαὐτοὺς δέκα τὰ σύμπτυχα σοιχεῖα,
Καὶ καθέξης μέχεις αὐταῖς τῷ εἰκοσιπέτερῳ.

Callistratus ille de ſuo nullas addidit, nec de nouo litteras inuenit, ſed diuersis & auctoribus & temporibus repertas in vnum coegit & compegit alphabetum. Hinc Ionibus vulgo adſcribitur hoc recentioris litteraturæ viginti quattuor elementis comprehenſa inuentum, quod in Samo Ionica prium per totidē litteras ſcribi legique cæptum eſt auctore illo quo dixi Callistrato, qui & forte aliquantulum mutauit & inflexit vetuſtiorum litterarum formas, & minuſculas iſtas, quibus hodie vtitur Græcia, reperit & publicauit, cum maiuſculæ tantum & capi tales, vt vulgo vocamus, apud veteres in vſu eſſent. qua de re nos alibi plura in libro de litteris & dialektis Græcorum. Et hoc eſt quod ait Herodotus Ionas Phœniciarum litterarum τύποι ὄλιγον μεταρρύθμησαν. Nam per Phœnicias veteres illas intelligit quas in Græciā propagauit Cadmus, in Græcia ipsa re-

pertas & forma ipsa aliquantum differentes à primigenijs Phœnicijs, quibus in patria Phœnice Phœnicces vtebantur. Illas ipsas inquam intelligit, quas antiqui Græciæ populi, Attici alijque solas nouerunt, & paslim usurparunt, antequam recens istud viginti quattuor litterarum διφαντρ ab Ionibus repertum esset & publicatum. Eas litteras vetustas Græcas, quas Atticas vocabant, multi sunt qui dicant Palamedem Græcis communicasse à Phœnicibus acceptas. multi etiam ipsum reperisse perhibent, cum antea homines Phœnicijs litterarum formis vterentur. Scholia stes Euripidis : ἔστι οἱ Παλαμήδης λέγεται θύρηναὶ οἱ γράμματα μήπω Τρεῖντα, ἀλλὰ Φοινίκων γράμματα εἰχόντο οἱ αἴθεροι, ἀλλοι δὲ ἄλλοι. non igitur Tzetzes mentitur, qui plerosque dicit existimasse non a Cadmo sed a Palamede sexdecim illas litteras inuentas esse.

Λέγεσθαι γένοισι σύμπλυτες θύραι τὸν Γαλαμήδην,
Οὐ τὰ Εἰνειπάσαρε γράμματα καὶ σογχῖα,
Μόνα δὲ στοιχῶν δέκα εἴξις ἀντὶ δύο γνώμονος μένος.

& paulo infra:

Οὐτανδὲ τὰ εἰκασίδενα γράμματα καὶ σογχῖα
Τινὲς φασιν εφθύρην αὐτὸς οἱ Παλαμήδης.

At Scaliger Græculum illum ut aliquid scire vide-retur plus quam ceteri, impudentissime mentiri aie-bat. Philostratus etiam in Palamede sentire videtur, non eum aliquot tantum litterarum fuisse reperto-re, sed omnium, id est sexdecim illarum quas diu Græcia in usu habuit. Tacitus plane etiam id confir-

mat his verbis ex xi. Annal. *Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argium memorant, sexdecim litterarum formas; mox alios, ac præcipuum Simonidem ceteras reperiisse. quem locum frustra vir doctissimus Lipsius emendare laborat, dum persuasum habet secundum quorundam sententiam, Palamedem tres tantum aut quattuor litterarum formas reperiisse. Sed locus bene habet. Palamedes ipse apud Euripidem in Tragœdia cognomine litterarum typos & syllabarum copulationes, totamque scribendi rationem se reperiisse iactat his versibus :*

Τὰ τῆς γε λιθίης φαρμακ' ὄρθιός τος μένον
Αφωνα καὶ φωνῶν πεσματάς τιθεις
Εξελέγονται δε τοιοι γράμματα Εἰδίνει.

Herodotus vero, nec Palamedis, nec Simonidis, nec Epicharmi meminit, nec aliorum cuiusquam, qui aut litteras primi inuenisse, aut inuentis aliquas addidisse traduntur, sed Phœnices refert qui duce Cadmo in Græciam venere, &c.

Pag. 36. Vers. 2. litterarum numerum. *adde.* nec statim receperunt Ionicum Alphabetum, quod quattuor & viginti litterarum erat. quando autem receperint, scire non parui feci, & nunc tanti erit alios etiam id docere. Sub Euclide Archonte factum id inuenio, persuasione cuiusdam Archinoi qui Athenienses ad Ionicas litteras recipiendas primus induxit & impulit. Suidas: τοις δὲ Αθηναίοις πέντε
γράμματα τοῖς Ιωνιοῖς γράμμασι Αρχινόεσσοι Αθηναῖοι έπειτα ἀρχο-

τὸς Εὐκλείδου. Luculentus super hac re locus apud veterem Scholiasten Euripidis in Phoenissas: sed quem editiones inquinatissime scriptum exhibent, eum nos emendatiorem huc afferemus. ad hæc verba Euripidis: Οἱ νῦν ἔχοντοι κλῖσθρον · notat ille: χράφεται, σῶν νῦν ἔχοντοι κλῖσθρον. οὐ δέ, ταῦτα σύγχρονα Σενταύ Καλλίμων, αἰ θεαὶ κατέκλισθρον τῷ Θεῖας. ηγένετο τοῖς αρχαῖς αἱ μητρικαὶ. επὶ αρχοῖς γὰρ Αθηναῖον Εὐκλείδου, μήπω τῆς μεκρῶν βίρυθρίων, τοῖς βεργχίσιον αἵτινα μακρῶν ἔχειντο, ταῦτα διπλά τε τὰ διπλά, ταῦτα διπλά τὰ διπλά. εὔχραφον διην, τοῖς δίμοις, μῆτραι διπλά, δίμοις. μηνοισιντες δὲ καὶ διπλά τὰ διρχαῖα χράφια. οὐδεὶς μεταθέτει τὸ οἰστὸν μέγα, επαρχεῖσα τὸ νοντόν. qui, inquit, non attēderant antiqua & Attica scribendi cōsuetudine scriptum esse eo loco apud Euripidem σὺν σύγχρονοι, quod secundum recentem & receptam litteraturam mutandum erat in σὺν σύγχρονοι, turbauerunt & confunderunt poetæ sensum. Ceterum correctione adhuc indigent hæc verba in illo vetere Scholio, οὐδὲ αρχοῖς γὰρ Εὐκλείδου οὐ παν μακρῶν βίρυθρίων τοῖς βεργχίσιον αἵτινα μακρῶν ἔχειντο. perspicue enim falsa sunt, & auctoris menti contraria, qui dicere voluit, Athenienses ante Euclidem Archonta breues vocales pro longis usurpasse, priusquam scilicet longæ inuentæ essent. legendum igitur puto: οὐδὲ αρχοῖς γὰρ Εὐκλείδου. nam sub Euclide prætore priscum illum scribendi morē abiecerunt, quo breues vocales loco longiorum ponebant. Sed & illud, μήπω μακρῶν βίρυθρίων, falsum est, nisi recte accipiatur. μήπω βίρυθρίων, respectu Atheniensium, qui et si iam pridem repertæ

repertæ essent, pro irreptis tamen eas habebant, quibus non vterentur. Simonides enim, cui tribuitur earum inuentio, haud paruo interuallo Euclidem præcedit. Nec repertæ modo illæ ante quam Euclides magistratum Athenis caperet, sed etiam multo ante id tempus apud Iones erant usitatæ. Athenis duo fuerunt Archontes hoc nomine. prior eorū magistratum gessit anno secundo Olympiadis LXXXVIII. posterior vero anno item secundo Olympiad. xciiii. sub hoc posteriore Athenienses in usum receperunt Ionicas litteras, tribus aut quattuor annis post Euripidis obitum, totidemque ante quam Socrates veneno necatus est. Eusebius hoc factum refert in annum primum Olympiadis xcv. his verbis, ut in Hieronymi versione leguntur: *Athenienses viginti quattuor uti cœperunt, quum ante sexdecim tantum haberent.* manifestus triennij metachronismus. Iam igitur in viuis esse desierat Euripides cum illa scriptura Ionica ab Atheniensibus admissa est, & vetus exclusa, atque abolita, quam usque ad tempora Euclidis magistratus usurpasse reperiuntur. hinc post mortem Euripidis, qui Tragœdias eius descebebant librarij, omnia vestigia antiquæ illius scripturæ quæ eo viuente adhuc vigebat, aboleuerunt, & hanc recentem substituerunt. quod & in aliorum auctorum scriptis, qui ante receptam Ionicam scribendi formam vixerant, fecerunt, ac de libris eorum τὰ διρχαῖα χράφια sustulerunt, & noua mutarunt. id cum in omnibus locis Tragœdiarum satis dili-

genter præstitum esset ab antiquis Criticis & libris, nec ullæ amplius apparerent in ijs notæ τῆς παλαιᾶς γραφῆς, non idem tamen obseruatum esse in illo Phœnissarum loco quem supra retulimus queritur ibidem vetus Scholiastes. cum enim Τίτιον scrip-
tum esset, vetusto more, mutari debuisse in τῷ ἀν-
τίῳ, ut recens & usitatus scripturæ modus postula-
bat. quod a negligentibus librarijs omissum, & a Criticis minime animaduersum, ut loci illius παντού,
turbaretur in causa fuisse. Hæc mens veteris inter-
pretis qui Scholia in Euripidem scripsit. Ex his om-
nibus satis liquido constare puto, alphabetum xxiv.
litterarum, ab Ionibus primum in insula Samo con-
cinnatum conflatumque esse, & ab Atheniensibus
fero admodum receptum. Versum Aristophanis ci-
tant ex eius comœdia Βασιλωῖος, & de his litteris Io-
nicis vel Samiacis interpretantur Grammatici ve-
teres.

Σαμιῶν δὲ δῆμος δέλτην, ως πολυγράμματος !

Plane ista gens est Samia, multis litteris.

vel, multilittera.

Hunc versum apud eum in illa Comœdia nescio quis admirabundus pronuntiabat, videns Babylo-
nios, qui fabulæ nomen indiderant, e pistrino ex-
euntes, multis litteris frontem inscriptos: *populus*,
inquietabat, iste Samius plane est. enī ut litterati sunt.
Suidas ad illa verba: οὐ τοῦτο Σαμιῶν δῆμον πολυγράμματος, ως Αριστοφάνης τελεῖται Τίτιος
Αθηναῖος ἐπεισερχεται τῷ Ιωνικῷ γράμματος Αρχιπολεῖος Αἴ-

θεατής ὅπερι αρχητος Εὐκλείδου. Τοις δὲ Βασιλωῖος ἐδίδαξε
Ἀριστοφάνης ἐπεισερχεται τῷ Εὐκλείδου καὶ τὸν
Εὐκλείδου. τοις δὲ τῷ πεισμῷ τες ιστορία Θεόπομπος. Seruos in-
scriptos & litteris notatos, Samiorum populum vo-
cauit Aristophanes allusione facta ad Samios qui al-
phabetum ex xxiv elementis primi composuerunt
& in ceteros Græciæ populos dididerunt. Sed non-
dum cum illa scriberet Aristophanes, Ionicum vel
Samiacum Alphabetum receperant Athenienses,
quod non multo post ipso adhuc viuente Aristopha-
ne, Archinoo agente ab iisdem introductum
est. Babylonios per Callistratum docuit Aristophanes
τὸν Εὐκλείδου αρχητον, vno & viginti annis ante ma-
gistratum Euclidem. nullum ego noui istoc nomine
qui Athenis archon fuerit. quod si vnum & viginti
annos retro numeremus a prætore Euclide, non in
Euclēm qui nullus est, sed in Isarchum incidemus.
ante Isarchum porro archon erat Stratocles qui vi-
ginti duobus annis ante Euclidem gessit magistra-
tum Athenis. huius fortasse nomen apud Suidam
reponendum, & numerus leuiter corruptus sic cor-
rigendus: ἐπεισερχεται τῷ Εὐκλείδου καὶ τὸν Σηραλκέας.
sub illo magistratu Stratocle non Βασιλωῖος ἐπει-
σερχεται Καλλιστόν, sed per seipsum ιππῖος Comœdiām do-
cuisse. legimus in argomento ιππῖον. poteramus
etiam emendare, τὸν Διοκλέοις. qui Diocles sex tan-
tum annis ante Athenis archon fuit quam Euclides
cumdem magistratum iniret. Verum hæc alibi di-
ligentius a nobis & accuratius examinabuntur. non

possum præterire locum Hesychij de Samiorum literis qui maxime huc spectat. sic autem legendus: Σαμίων ὁ δῆμος. φοῖ τις καθέδρα οὐ Αἰγαῖοφάιδης τοις ἐκ τοῦ μηλωνος ἴδωται Βασιλεῖον, Σαμίων ὁ δῆμος οὗτος πολυγενεματος· καπαπλητόμηνος τινες ὄψιν αὔτους καὶ ἐπαπορεῖν. οὗτοι καὶ ἐπέρχεται ισορία διὰ τοῦ πολυγενεματον ἐφη Σαμίων δῆμοι, ἐπειδὴν Ελλίνων Σάμιοι πολυγενεματοι εὑρίσκονται πορεῖται καὶ γένονται πολυγενεματοι μεθύντες εἰς τοὺς Ελλίνας τινες Δῆλος τῆς πεντέλου καὶ εἴκοσι τοις χείσιν γένονται. ex his & alijs quæ supra diximus clarum est, concinentibus omnium auctorum sententijs, Samios ac per hoc Iones eius Grammaticæ quæ per viginti quattuor litterarum formas explicatur, ceteris Græcorum populis auctores extitisse. Atque hæc scribendi ratio, litterarumque Samiarum usus, ea forma & eo numero, iam tum apud Ionas vigebat Herodoti temporibus: qui cum in insula Samo, ubi hæc litteratura primum reperta est, historiam conscripserit, & Ionica lingua composuerit, quin Ionicas litteras nominando eas ipsas intelligat, quæ ante eius ætatem apud Samios repertæ fuisse traduntur, quæque tum maxime in insula Samo, & apud reliquos Iones passim in usu erant, cum illa scribebat. ut autem recentes istæ Ionicæ vocabantur a Samijs earum repertoribus, sic veteres illæ sedecim, quarum passiuus in Græcia fuit usus ante repertas viginti quattuor Ionicas, Atticæ dicebantur, vel ex eo quod Attici populi, recentibus istis & Ionicis iam usque per totam Græciam diditis, & usu receptis, ipsi tamen adhuc priscas re-

tinebant, nec nisi admodum sero ut Ionicas recipierent induci potuerunt: vel quod litterarum quibus vterentur, semet inuentores perhiberent, nec eas ab alijs accepisse videri vellent. Hesychius Αθηναὶ Σεκρηποὶς θητικῶσι interpretatur, hoc est indigenas & vernaculas litteras, & in Attico solo natas. nam & auctores sunt qui Cecropem Athenensem sexdecim litterarum formas reperisse dicant. Tacitus Annal. xi. *Quidam Cecropem Athenensem vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem sexdecim litterarum formas, mox alios ac præcipuum Simondem ceteras reperisse.* Hinc, &c.

Pag. 38. vers. 12. nec dubium est. *dele ista verba*,
nec dubium tamen est iam tum illius Tragici tem-
poribus repertas fuisse vocales *n* & *ω* & *v*. *& in eorum*
locum hæc repone. nam quamvis *v* inter veteres litteras Atticas fuerit, nunquam tamen eam litteram Atticam cum *i* iunxerunt ut syllabam facerent, sed semper apud illos & pro *s* syllaba, & pro *ω* ponebatur. sic autem declinabant & scribebant, Ο ΛΟ-
ΓΟΣ, ΤΟ ΛΟΓΟ, ΤΟΙ ΛΟΓΟΙ: pro τῷ λό-
γῳ, & φῷ λόγῳ. Velius Longus de orthographia: *Græ-*
corum vero qui de antiquis litteris scripserunt, commenta-
rū, item Latinorum qui illos sequuti sunt, eadem littera
veteres solitos scribere ostendunt, μακεδ., μακεδ.,
μακρό., & confusas fuisse σ & ς & ω. ita legendus ille
locus, qui corruptissime excusus est. quod ait ea-
dem littera veteres scripsisse, μακεδ., μακεδ. & μα-
κρό., prorsus verum est: nam ita scribebant, ΜΑ-

ΚΡΟΣ, ΜΑΚΡΟ, ΜΑΚΡΟΙ, quod est, μα-
κρός, μακρος, μακρῷ.

Pag. 40. vers. 8. dele, nondum scilicet repertis vo-
calibus & v. Ionici igitur Alphabeti. *¶* lege tantum,
Ionicum igitur est ὁ πρῶτος.

Pag. 41. vers. 28. eos per ὅ & υ scribitur, ὥστε adde. sed
verius est nihil mutandum in illo Eclogarij loco, qui
cum aliud dicat, & aliud Athenæus, verum utque
tamen dicit. ὥστε πρὸς scripsierunt veteres sed Ionici,
ita enim & εἰς pro ἐτιμῇ scribebant. Excerpta Athenæi:
ἢν δέχασθαι τὸν αὐλίτην τὸν σοιχεῖον περιγέλων. αἴς δὲ καὶ τὰ
εἰς αὐλήν τὴν εἰς. E contrario veteres Attici παῦσον απεγέλων
αὐλήν τῆς Διφθόρου ὥστε aut igitur Eclogarius ille verba
Athenæi ex eo loco ubi in poculo erat inscriptum
Διονύσον pro Διονύσῳ, in animo non habebat cum illa
scriberet, aut si habuit, tota re falsus est & mentem
Athenæi minime cepit.

Pag. 53. vers. 25. Nam ἡ pro ε. dele, ὁ πρῶτος.

Pag. 64. vers. 18. magnisque concessit amicis. adde *¶*
scribe. briolum vel brolium pro peribolium. inde vox
Gallica vetus breuil, quæ syluam significat. νεών *¶*
Ειδον Græci vocant, non tantum templi muros, sed
totum illud conceptum, quo vineæ, arbores, hor-
tique templo circumiacentes includuntur. Ælia-
nus lib. xvii. cap. xlvi. Hist. animal. οὐκον εἰς τὸ
νεών περιβόλῳ τιθάσαντος πολλοὺς τρέφεαται φυτοί. & cap.
ii. lib. xi. εἴτε δὲ αὐτον τὸ δεῦρον λόσιον καὶ εἴτε περιβόλον καὶ δεῦ-
ρα iera. καὶ πῦρ ἀσθεσόν τε καὶ αὐχείμπτον. & cap. iii. eod.
lib. εἰς Αἴτην δὲ ἀρχα Σικελικῆν Ηφαιστου τιμᾶται νεών, καὶ εἴτε

περιβόλον καὶ δεῦρα iera. paulo post ἄλλος vocat. He-
rodes igitur *¶* intelligit hoc versu,
Τινῶντιν περιπέχος εὐπορεύεται φανώσῃ.

Hoc est, omnem illum agri modum vineis oleif-
que consitum, muroque cinctum, qui templo mo-
numentoque cohærebat, & tutelæ nomine cede-
bat. Hinc *¶* & *¶* recentioribus Græ-
cis, hortus vel sylva muris circumsepta. *parcum vul-*
go vocamus.

Pag. 67. vers. 9. ita scribe, ΙΕΡΟΣ ΟΥΤΟΣ Ο
ΧΩΡΟΣ] Persius:

— pueri, sacer est locus, extra
Mējte.

Valerius Probus in Notis: L. S. locus sacer. de mo-
numento autem hīc sermo, quem Herodes in via
Appia, in agro suo, sibi extruendum consecra-
dumque curauit. *Sacrari monumenta, & consecrari di-*
cebantur. in lege Tiberij de sepulcris: ut extremis ac
compaginantibus agris limitibusve suis, monumenta sepul-
chrae sacrarentur. Valerius in notis: M. C. monumen-
tum consecrauit. hinc illa in veteribus monumento-
rum inscriptionibus: CVM. PIGNERIBVS. DE. EA.
NATIS. LOCVM. CONSECRAVIT. &, P. LI-
CINI. ET. ÆLIÆ. AMYNTÆ. CINERIBVS.
HIC. LOCVS. SACER. EST. item: LOCVM. ITA.
VTI. EST. CONCAMERATVM. PARIETIBVS.
ET. PILA. COMPREHENSIS. CONSECRAT-
VERVNT. SIBI. Inde explicandus hic versus, *is+*
εἰς τὸν ξωγός de monumento Herodis in via Appia
consecrato.

Pag. 69. vers. 13. *scribe*, herbam viridantem, & quasi cum viriditate currentem.

Pag. ead. vers. 22. ἡ λεπτότατος θέε χαλκός. adde. sic Virgilius limbum vestis purpureum, circum vestem currere dixit:

— quam plurima circum

Purpura Maandro duplici Melibaea cucurrit.

Græcus poeta πορφύρας κύκλῳ θέειν dixisset. nec dissimili loquendi genere Latini purpurea aurataque segmenta vestibus intexta, vias dixerunt. Tibullus:

— *vestes quas fæmina Coa*

Texuit, auratas dispositaque vias.

Seruius ad illud poetæ, *Virgatis lucent sagulis: quæ habebant in modum virgarum deductas vias.* Sic apud eundem poetam de veste aurata:

— *tenuique vias discriminat auro.*

Græci in eiusmodi vestibus χρυσῷ θέειν, & πορφύρᾳ λεπτῷ θέειν eleganter dicerent.

Pag. 72. vers. 13. sic paria faceret. *scribe*: sic paria faceret Herodes Mineruæ. nam Mineruæ ille quidem templum posuit. At Minerua rursus illum heic in eodem templo ponere dicitur eadem sacra participaturum, &c.

Pag. 74. vers. 12. peccatis puniendis. adde. πόμος autem heic Αργίτης ἐπιθεικῶς appellatur: qui agitat & versat, atque in modum rhombi rotat & torquet nocentes. Eupolis: ὁ πόμος μαστίχας εἶναι. πόμος enim non tantum μαστίχην, & vertiginem significat, sed & eum qui vertit & circumagit. sic πλάνος, & errorem

rem & erronem designat: πόμος histrioniam, & histrionem: φοῖπος, πλω μανίδος τὸ μανίδην. & θυῶρος, & impetus, & qui impetum facit. & similia sexcenta. Πόμος etiam heic posset esse, qui semper in motu est, dum hac & illac circumcursat ad persequendos impios, & pœnis plectendos. sed prior interpretatio melior. πέμπος quoque Græcis planus & erro dicitur. quomodo heic legendum esse quidam meus amicus, vir doctus putabat, quem non audio.

Pag. 96. vers. 16. κλάδες excusum est perperam. Fortasse tamen nihil mutandum. nam καπακλάδες Parcae Homero dicuntur. κλάδες igitur & καπακλάδες eadem. Odyss. H.

Πείστηται οὐδεὶς οὐδὲ καπακλάδες τε βαρβαραῖς

Γενομένης γνόσθιμο λίνο.

Et fortasse κλάδες βαρβαραῖς scriptum apud Homericum pro κλάδες καπακλάδες, sic ἔτιχλωρηδα γάτα. ἔτιχλωρηδα κοτέους, & similia. Grammatici ad illum versum: Τοῦ κλάδες ή καπακλάδες μεσαπλασιον ἐπάγειν ὅν τῆς αἱ Κλαδοί, & εὐγένια ή Κλαδοί. διηδοῦ ἢ τοις μοίρας παρεργασίαις διπο μηδεὶς αὐταῖς τῆς Κλαδοῖς.

Pag. 104. vers. 27. *scribe*: vincinum etiam vocari paulo post dicimus.

Pag. 105. vers. 5. *Ora sonant.* adde. sic dentem aprikunulam vocat Calpurnius Eloga vi.

— *vbi pendulus apri*

Dens sedet, & niuea distinguit pectora luna.

Pag. 132. vers. 20. ita hœc loco placet accipi. adde si de purpura intelligeremus, legendum esset, via καπακλάδη, nam purpura tingit, non tingitur. atque hoc fortasse verum est.

Pag. 133. vers. 5. φίδωντο, scribe. Φείδωνται tamen retineo. nam τέλει præcessit, & μελαχρινό sequitur. sæpe autem Græci poetæ τινὲς οὐφθογονοὶ solent in carmine breuiare. Homerus Iliad. 1.

Ei δέ κανόνεσθ' ἵκαμεν φίλων ἐς πανεῖδα γαῖαν. Empedocles: Τῇ δὲ Διαλλάσσονται Διαμυκήσεις, οὐδὲ αἷμα λύγει. Aratus: Ήμουντεντεντοιδηματηνοεν, ημιουν δὲ ηδη. Plura collegit exempla Casaubonus in lectionibus Theocriti. quem vide.

Pag. 139. vers. 13. roscida lactea ceruix. adde. & πορφυρῆ Αφροδίτη Anacreonti apud Ælianum lib. 1 v. de animal. cap. 11. ὡς εἰς οὐδὲ τινὰ Αφροδίτην οἱ Τηνοὶ ήμοι Ανακρέων ἀδόκιμοι, πορφυρῶν τε λέγουσι, καὶ χρυσῶν τοῖς εἰκασμένη φασίν αὐτοῖς. καὶ τοῦτο γε καὶ τινὰ Ουκρουν θεὸν τινὰ αὐτοὺς, τινὲς ἔκφρος αἰραμένης χρυσοῦν. ita πορφυρῆ Αφροδίτη apud Anacreontem quæ apud Homerum χρυσῆ.

Pag. ead. v. 25. idē Simonides vocauit. scribe ἔτι adde. Scholia festes tamen Euripidis refert Simonidem in Hymno Neptuni dixisse, pellem Phryxæi arietis revera purpurei fuisse coloris, & purpurarū matutinarum sanguine infectam. eius verba hæc sunt: τὴν οὖτον δὲ λέγεντον εἴδι φασὶν, οἱ δὲ πορφυροῦν καὶ Σιμωνίδης τοῖς Ποσειδῶνος οὐκανθρώποις τῷ θαλασσαῖον πορφυρᾶν κεχρεωθεῖσιν λέγει. idem porro Simonides etiam aureum illum Atrei arietem in quo fatum regni Mycenarum situm erat, purpureum fuisse dixit. Tzetzes in Chiliad.

Αγέως δὲ τοῖς θρέμμασιν νῦν τοῖς χρυσοῖς ἀργεῖον.

Ο Σιμωνίδης πορφυροῦν εἴδι φασὶ τῷ θαλασσαῖον πορφυρεος κρίος in hac Ara dicitur qui alijs χρεύσεος.

Pag. 140. vers. 26. item scio. adde. Nam nihil tam certum est quam τηταπάτερα hoc loco Mineruam in-

telligi debere, cui ara in Chryse Lemni promonto-
rio ab Iasone dedicata est. Auctor argumenti ad
Philoctetem Sophoclis:

Χρύσος Αἰθων βωμὸν θητικεχωριένον,

Εφ' ἄριστον Αχαροῖς χρησθὲν νῦν θεού, μένος

Ποιατεστένδει πάντα ποθεν Ηρεμηλέσσινόν.

vbi perperam quidam legunt χρύσον Αἰθων, & au-
reum Mineruam interpretantur. Xρύσον Αἰθων ποτικάς
dicta a promontorio Lemni in quo aram habebat,
ab Iasone, cum ad Colchos iret, positam & consecra-
tam. Philostratus Xρύσον βωμὸν simpliciter vocat:
ἀριστερούτες εἰς Τερψίην Αχαροῖς τοις ταρπηθετοῖς τοῖς νησίοις εἰμα-
τεύοντο Τερψίη Χρύσον βωμὸν ὁν Ιάσων ποτὲ ιδρύσατε οὔτε εἰς
Κόλχοις εἰπλάσι. per Χρύσον intelligit Χρύσον Αἰθων. in
illis tamen Græcis versibus Sophoclis Philoctetæ ar-
gumenti vicem præfixis edēdum curauit Gulielmus,

Επί Χρύσον Αἰθων βωμὸν θητικεχωριένον.

Pag. 148. vers. 15. Sophocles appellat εἰς Λημνίας.
adde. vetus quoque auctor qui sub nomine Dictys
Cretensis libellum de bello Troiano scripsit, in eo-
dem errore fuit, & Chrysen Troicam cum Lem-
niaca confundit. vult enim Philocteten haud pro-
cul ab ara Smirnithij Apollinis cuius templum apud
Troicam Chrysam fuit, a serpente fuisse percussum,
cum omnes in Chryse ad Lemnum id ei accidisse
scribant, dum inuestigat aram quam ibi olim Iason
Chrysæ Mineruæ dedicauerat. sic imposuit illi
σμαραγδία Chrysæ vrbis in agro Troico sitæ. in qua
templum Apollinis, & Chryses promontorij pro-
pe Lemnon, vel in ipsa Lemno, in quo ara Mineruæ.
verba autem eius ista sunt: sed Chryses quem sacerdo-
Hh ij

tem Sminthij Apollinis supra diximus, utriusque exercitus offendam metuens, quisque partium ad eum venerat, cum his se adiunctum esse simulabat. Interim in eo sacrificio Philocteta haud procul ab ara templi eius astans, mortuus serpentis forte contingit: dein ab omnibus qui animaduerterant clamore sublato, Vlisses accurrens serpentem interficit: neque multo post Philocteta cum paucis uti curaretur, Lemnon insulam mittitur.

Pag. 185. vers. 29. usurpauit. adde. perperam apud Atilium Fortunatianum in arte, Phalacium metrum pro Philicum scriptum est. sed & Phalacus apud cumdem male pro Philicus legitur, ubi dicit Phalacrum conscripsisse hymnos Cereri & Liberæ tali genere metri. Philicus enim non Phalacus hoc metracarmen in honorem Cereris & Liberæ composuerat, cuius initium paulo ante retulimus ex Hephaestione, Τῇ χρονί μωσικῇ Δημόπει, &c. quem versum sic ibidē Latine reddidit, aut imitatus est Fortunatianus.

Frugiferæ sacra deæ quæ colitis mystica, iunctaque Ioui nefasto.

Frugifera dea est Δημόπει. Iupiter nefastus, ὁ κλύμενος, hoc est Pluto. iuncta Ioui nefasto, Proserpina.

P. 200. v. 26. ibi legimus. adde. Isidorus de originib. dextralem vocat, & inde dictam autumat, quod dextræ habilis sit. quæ Latinis dextralis, Græcis est δεξιάλιος.

Hactenus, L E C T O R , quæ mihi in his temporis angustijs, ad superiores notas addenda visa sunt, plura & sine dubio meliora adiecturo, si plus otii nactus essem. Quod sequitur, erratorum collectio est, pars huius operis: impurissima: quam properea tamen lectione tua non debes indignam iudicare: immo tanto magis ad eam cognoscendam, si

quid his studijs faues, accedes, non solum ut illis ignoscas quæ peccata sunt, sed etiam ut correctiora omnia heic agnoscas: nec enim menda libelli tantum totius habet, sed & quomodo mundus ab his fieri possit exhibet. tam multa irrepsisse, miraberis. at mihi dolet etiam pene maiora commissa, quam ut intra spem veniae tuto committi potuisse videantur, in tantulo præsertim opusculo. Atque utinam ea sic mihi liceret excusare, ut culpam omnem a me deriuatam in Typographos conferre possem, nec eius ipse partem aliquam sustinerem, cum illi longe maximam rebus confessis sustineant: sed dum propero, dum aliud ago, dum in gravioribus sum occupatus, dum semel calamo currente fusa relegendi non datur copia, sic factum est, ut cauere vix potuerim ne talia multa imprudenti incogitantiq. exciderent, quæ mihi vacuo, & hoc unum agenti numquam fortasse obrepissent. Tuum est, si in similibus tibi vis ignosci, & operis typographicis sua σατυρώματα, & nostra nobis παρεργάτα condonare. Damus & petimus vicissim hanc veniam qui aliquid scribimus, & studia nostra in publicum proferimus. Sic igitur σφάλματα quæ nobis inter legendum occurserunt, corriges. reliqua si quæ nos fugerint, & multa fugisse non dubito, per te ipse, si benignus & candidus es, emendabis. Vale.

Pag. 1. Post versum ΥΜΜΙ ΓΑΡ ΗΡΩΔΗΣ, repone istum, ΤΗΝ ΟΣΣΗΝ ΠΕΡΙ ΤΕΙΧΟΣ ΕΥΤΡΟΧΟΝ ΕΣΤΕΦΑΝΩΤΑΙ. Pag. 3. vers. 18. *Lege ὀλυμποῖοι πρὸψινοι.* p. 4. vers. 4. rescribe εἰταρ. ead. pag. vers. vlt. *lege: sacrauit pro dicauit.* p. 5. v. 10. *lege: Multa colla dignæ.* Hoc est ad verbum πολυτίμοι. p. 7. v. 2. *delo comma post volunt,* & repone post testimonio. p. 9. vers. 16. *scribe, eiusdem ut auctoris, ita & argumenti.* p. 10. *Hh iii*

v. 3. imprecationibus. p. 11. v. 10. cādet. p. ead. v. 18. *lege*, mēnibus instaurasse, & aquam in oppidum induxisse, cuius maxime indigebat. p. 12. vers. 11. dicam tamen. pag. 14. v. 1. Αμφ' ἐνι. p. 16. vers. vlt. σκηνῆτε. p. 19. v. 9. huc adduximus. p. ead. vers. eod. prāstiterim. p. 21. vers. 27. *Subneronem*. p. 22. v. 2. μακεδ. p. 24. v. 28. tyrannicidis. p. 25. v. 8. Thessalīæ. p. ead. v. 17. vt nulla re. pag. ead. vers. 19. aut aliud. p. 28. v. 9. illum βούλιμον. pag. 30. v. 28. THEΟΣ. p. ead. v. 29. ΠΣΥΚΗΕ. p. 31. v. 29. promptu esset. p. 34. v. 5. velles. p. ead. v. 6. esset vtendum. p. 33. v. 22. hanc recentiorem. p. 36. v. 22. pro ita vt, scribe vt passim. p. 37. v. 24. *lege καμέλαι*, accentu in secundam retracto, & ita etiam corrigere vers. vlt. eiusdem pag. p. 38. v. 24. certa. p. 40. vers. 27. cui pedes immitt. pag. 42. vers. 22. īa quae μια significat. p. 43. vers. 23. scribe: dasean ita pingunt veteres f. Psilen autem sic, q. pag. 44. v. 20. dele ēi. p. 46. v. 20. scribe, PHOΔON. & dele, hoc est Rhodum. p. 47. v. 10. post vocem ἡγεμόνα, scribe: nam ἀρσ κλάσμα αρτου. αρσ autem ἡγεμόν. pag. ead. v. 11. pro ἵεξες vel ἴρηξες, & vtrumque pro ἴερηξες. p. 49. v. 19. eam notabant. pag. 51. v. 8. *lege*, F. & H. vers. seq. scribe, sic F. & C. v. 25. post Græcis, adde. quod pars sit sexta Attici medimni. vers. 27. dele punctum post modius, & repone comma. p. 54. v. 19. scribe ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ. vers. seq. εών. & vers. 21. ead. p. ΓΥΓΜΑΚΗΕΩΝ. & v. 25. ΑΥΤΟΝ ΕΥΣΚΟΓΟΙ. p. 60. v. 6. apertissimè. p. 62. v. 4. nec fando accepi-
mus. p. 63. v. 1. ἡμερίδων ὄρχοις. p. 65. v. 7. αγήνον. v. 9. κω-
νον. p. 68. v. 5. dele punctum post illa, in illo versu. v. 11. εἰς ἔργοις. p. 69. v. 12. villa correctione. v. 15. λθικα θεοντα.

p. 72. v. 8. hic Herodes. p. 75. v. 27. Αιολίδαι. p. 80. v. 16. αἵνιατε κακοῦ. p. 81. v. 1. *lege*, ὅμοιος. ita enim Attici. & v. 26. ὁμοία. v. 11. Ως. v. 14. Ηραίδαι. & v. eod. Θονιάδαι. v. 25. Ειρηνίδαι. v. vlt. Τειόπεω. v. 23. pone punctum post αλεγί-
ζη. p. 83. explessent. v. 16. quamuis. pag. 86. 18. curauer-
it & dedicauerit. pag. 88. v. 23. dele & prænomina.
quamuis sciam quomodo possit defendi. p. 91. v. 24. οὐερ-
ναταγ. p. 101. v. 7. ἢ πρόστιον. & in sequenii versu ἡερ. &
v. 8. illud autem ἡερ. p. 103. v. 25. pro illis, vbi se con-
diderat, repone, quem petebant. p. 106. v. 13. succusæ.
p. 107. v. 16. Σύμβολον. p. 109. v. 12. οὐτινα. p. 116. v. 22.
scribe: quæ & sensum turbant, & versum, scriben-
dumque. p. 107. v. 29. cooptatus ab Antonino Au-
gusto filius eius Atticus. p. 118. v. 27. seuere vindicant.
v. 30. religionis. p. 122. v. 28. denominatum sit. v. 30.
adfinixerunt. p. 123. v. 11. circum templa & ædes. p.
125. v. 26. Αιρεάν. p. 126. v. 2. κάλχων. in tota autem
bacara interpunctiones omissoe sunt ab operis, ut & in Omo,
quas per te ipse repone: nihil enim facilius. vers. 25. Νέας.
& v. vltimo, τειπταρ. p. 128. v. 21. dele πλεῖας post βω-
μοσκαν, & repone comma. p. 129. v. 24. *lege*. quam non
adeo facilem esse. v. 26. sententiā enim huius. p. 133.
v. 17. λιγνύα. atque ita etiam repone v. 21. p. 134. v. 2. in-
telligat. p. 135. v. 9. Dosiadas heic vocat. Sic χευρίση-
το. p. 137. v. 19. Aram Chryses intelligit. p. 138. v. 6. τει-
πταρ. p. 141. v. 7. ωπταρ. p. 145. v. 28. satis supra refuta-
uimus. p. 148. v. 8. dele heic. & lege, quā loquentem in-
ducit. p. 153. v. 2. ὥπταρ. v. 3. ωπταρ. v. 24. ωπταρ. p. 155.
v. 7. serpēti. v. 23. πόν δ' εἰλινεῶτ. &. p. 156. v. 15. hominū.
v. seq. qui homines interfecerit. p. 161. v. 10. Σιμψιω.
v. 22. dele punctum post vocem ἀνδρος, & repone comma. p.

162. v. 8. *lege*: quorum unus ab initio descendit, alter ab fine ascendit. p. 166. v. 14. Gemblacensis. p. 168. v. 29. *ca-*
sti ac suanilo qui poetæ. p. 169. v. 8. *desub. Vnica voce*. p. 170.
 v. 8. *μυνός απον.* &c. v. 12. ita etiam corrigere. v. 27. *dele* numero.
 p. 171. v. 4. *κομεύθην τε*. p. 172. v. 26. pedis pulsu sublati
 positiq. p. 176. v. 24. *post πέχοιτε, pone paucum.* p. 178.
 v. 21. *dele, οὐδέπον vel.* p. 182. v. 8. *lege*, sic odas composi-
 tas ex strophe, antistrophe & epodo. p. 185. v. 6. *dele*,
 quod. & *lege*: magistri vocat iambicū catalecticā, quod
 ea clausula finiantur iambica metra catalecticā, & ut
 plurimum etiam choriambica. v. 15. integrū poema.
 p. 190. v. 25. nec ingratij. p. 192. v. 4. *Φερδί.* p. 194. v. 20.
 appellatio. p. 197. v. 6. sequentes. p. 201. v. 14. *dele*, aut.
 p. 203. v. 15. *lege*, ut cum Plauto loquar. v. vlt. *Βελάσιν.* p.
 204. v. 14. sequēte vocali. *dele*, in. p. 205. v. 26. canere se-
 curim? cum interrogationis nota. p. 209. v. 14. *Σατῆνας.* p.
 210. v. 10. *lege*, in rectam huius obscurissimi, &c.

Monendus etiam mihi es, amice lector, non belle operas nostras,
 nec fideliter fistula figuram expressisse. nam cum omnes in ea ver-
 sus bini bini incedant, & ex binis singuli calami constent, bini illi
 versus qui singulas cannas efficiunt, tam in fine quam in principio
 ad amissim exaequandi erant: id preterea obseruandum, ut bini
 semper antecedentes binis sequentibus in fine duntaxat longiores
 essent, atque ita usque ad finem poëmatij, ubi bini postremi omnium
 sunt breuissimi: sic in vera fistula canna breuior longam sequeba-
 tur. eadem quoque opera peccarunt in effingenda ouï Simmiae figu-
 ra: quatuor enim versus in medio inter se pares posuerunt, cum
 ibi tantum duo esse deberent, inuicem quidem ex utroque latere fibi
 equales, at ceterorum maximi & longissimi. Ara etiam prioris ba-
 sim & frontem minus recte expreſſerunt. Hoc te volui ne nescius
 es, aut ne me nesciissim putares.